



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Sectio X. De Denunciationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

## SECTIO X. DE DENUNTIATIONIBUS.

I.  
Quid sint  
denuntiatio-  
nes.

**D**enuntiationes, siue publica-  
tiones, proclamationes vocan-  
tur vel propositiones, quibus  
in Ecclesia, publicè prolatis  
nominibus viri & feminae, in-  
ter se contrahere Matrimonium cupien-  
tium, cunctis indicitur, ut si qui fortè no-  
verint aliquid impedimentum inter eos ad-  
esse, debeant illud revelare, ne videlicet fe-  
quatur Matrimonium inter eos, qui impedi-  
ti fortè sint.

Præcepta  
sunt in  
Concil. La-  
ter.

Porro has denuntiationes præceptas fuis-  
se in Concilio generali Lateranensi sub In-  
nocent. III. c. 51. (& refertur c. fin. de Clan-  
dest. despons.) nemo dubitat. Hæc sunt  
verba Pontificis: *Prædecessorum nostrorum  
vestigis inherendo clandestina conjugia peni-  
tus inibemus: prohibentes etiam, ne quis Sa-  
cerdos talibus interesse præsumat. Quare spe-  
ciale quorundam locorum consuetudinem ad  
alia generaliter prorogando: Statuimus, ut  
cum Matrimonia fuerint contrahenda in Ec-  
clesiis per Presbyteros publicè proponantur, com-  
petenti termino præfinito, ut infra illum, qui  
voluerit & valuerit, legitimum impedimentum  
opponant, & ipsi Presbyteri nihilominus investi-  
gant, utrum aliquid impedimentum obsistat.*

Abbas.

Sed quia in multis Dioecesibus, ut refert  
Abbas eod. cap. fin. n. 9. hæc denuntiationes  
in desertudinem abierant, idèd Decretum  
istud innovavit Tridentinum sess. 24. c. 1.  
de Reform. Matrimonii, ut ostendo sequenti  
Conclusione, quæ talis est:

### CONCLUSIO I.

Tridentinum præcipit absque irri-  
tatione, ut in posterum ante-  
quam Matrimonium contra-  
hatur, ter à proprio Parocho  
contrahentium, tribus conti-  
nuis diebus festivis, in Ecclesia,  
inter Missarum solemnias, pu-  
blicè denuntietur, inter quos  
Matrimonium sit contrahen-  
dum.

2.

**S**unt ipsa verba Tridentini his duobus  
exceptis: *Absque irritatione.* Igitur de  
præcepto non est relictus ambigendi locus.  
Dubitatur autem de irritatione, propter di-

versas rationes, quas inferius examinabo  
postquam certitudo nostræ Conclusio-  
nis fuerit solidis rationibus demonstrata.

Hæc autem sit prima ratio: quia cum  
Matrimonium omnis denuntiationibus  
validum esset omni jure, ab eo recedendum  
non est absque manifesto Decreto irritanti.  
Tridentinum autem non manifestè irritans  
immo contrarium ex illo colligitur: cum  
enim ageret de denuntiationibus præ-  
sentibus, & de præsentia Parochi & notarii  
in Decreto irritanti solius præsentiam  
nit; ergo &c.

Et confirmatur; quia Tridentinum  
denuntiationes, quod statutum est in  
Concilio Lateranensi, quia in de facto  
solum abibat, in pristinam obligatio-  
nem restituit, ut constat ex illis verbis: *U-  
circo sacri Lateranensi Concilio, qui  
celebrati, vestigis inherendo præcipitur, ut  
olim validum erat Matrimonium denunti-  
ationibus; ergo & modò. Nunc con-  
stat ex his verbis: *Primo cum Synodus  
madverat, prohibitiones illas propter  
inobedientiam jam non præfisse, & præ-  
cipit perpendat, quæ ex illis clandestinis  
conjugiis ortum habent; præfinito termino, qui  
in statu damnationis peruenit, cum priore  
uxore, cum qua clero contraxerit velidit, cum  
alia palam contrahente, & cum ea in perpetuum  
adulterio vivunt. Si in adulterio; ergo pro  
Matrimonium clandestinum fuit validum  
ut manifestum est.**

Probatur Conclusio Secunda: quia  
le est in Matrimonio, ne ex limitatio-  
bitione, absque clausula irritantis  
tetur, ut nos alibi docuimus cum  
Testibus, n. 17. veri. *Sacris si temporibus  
& Rota in noviss. ro. decis. 750. n. 3. Tri-  
dentinum autem dum præcipit denuntiatio-  
nes, non ponit Decretum irritans.*

Tertia probatio: quia Tridentinum  
cap. 1. concedit, ex Episcopi dispensatione  
posse denuntiationes subsequi, quæ  
actum subsequi possunt, potius de solennitate  
tatis testatur Felinus c. *Cum dilecti*, de Res-  
criptis, n. 6. dicens: *Quartum signum: Quo-  
do aliquid potest intervenire post actum,  
nunquam potest dici, illud esse de forma; sed  
potest appellari solemnitas effectualis, quæ  
tribuit robur actui jam formato, sicut in  
nuatio donationi, & cautio testamenti  
casu cap. *Quamquam*, de Usuris in 6. Hæc  
U.*

Ultimò probatur: quia quoties dispositio, præfigens tempus, concedit iudici arbitrium in prorogatione temporis; non dicitur illud de forma, ut docet Felinus sup. vers. *Ottavum signum*, ibi: Limita hæc primò, nisi dispositio, præfigens tempus, daret iudici arbitrium in procedendo: quia poterit iudex prorogare tempus, & non dicitur de forma: sed cùs si daretur arbitrium in decidendo tantum. Jam autem Tridentinum eod. cap. 1. concedit Ordinario arbitrium in prorogandis vel omittendis denuntiacionibus; ergo ea non pertinent ad formam & essentiam Matrimonii.

Idque (inquit Pontius lib. 5. c. 30. n. 2.) non semel declaratum est à Cardinalibus, quas Declarationes refert Farinacius, & communè DD. sensu receptum est, ita ut necesse non sit neque Declarationes, neque DD. referre. Hæc ille.

Equidem non nocebit unam Declarationem describere: Congregatio Concilii censuit, Matrimonium contractum non præmissis denuntiacionibus, nisi aliud obstat, irritum non esse. Mediolanensis 28. sept. 1591.

Praxis etiam huic sententiæ suffragatur. Adhuc à paucò tempore in diocesi Mechliniensi initum fuit quoddam Matrimonium, non præmissis denuntiacionibus, quod tamen usque in hodiernum diem, validum permanisset, & semper permanebit.

Nihilominus oppositam sententiam tuentur Menoch. Confil. 69. n. 71. & seq. vol. 1. & Alii pauci apud Sanchez lib. 3. disp. 5. n. 2. ac probant 1. quia ad Matrimonium præsentia Parochi desideratur; hic autem non Parochi, sed privatæ personæ munus obit, dum omiffis denuntiacionibus interest Matrimonio: ergo est nullum.

Probat Minor: quia in Trid. sess. 24. c. 1. de Refor. Matr. conceditur Parochi limitata potestas assistendi Matrimonio, nempe præmissis denuntiacionibus; sed limitata causa limitatum producit effectum; *In agro*, ff. de Acquir. rer. dom. Ergo si Parochus excedens fines mandati, illis omiffis interfit, non ut Parochus sed ut privatus ager: quando enim iudex procedit ultra suæ potestatis limites, ut privatus agit.

Respondet Sanchez sup. n. 4. neg. Min. & ad probationem dicit: dari Parochi limitatam potestatem, quoad rectè & ritè agendum, dum præcipit Tridentinum Parochi, ut præmittat denuntiaciones, non tamen quoad validè agendum. Sicut dum præcipitur iudici cap. *Cum medicinalis*, de Sent. Excom. in 6. ne excommunicet, nisi in scriptis, & præmissa trinà monitione, traditur forma excommunicandi ritè & rectè, quæ minimè desideratur, ut valeat excommunicatio. Hæc ille.

Sed tu mecum Nota: in d. cap. nullam fieri mentionem trinæ monitionis. Interim excommunicationem latam sine scriptis validam esse, constat ex illis verbis d. cap. *Si quis tamen Judicum*, huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator, per mensem unum ab ingressu Ecclesiæ & divinis officiis noverit se in 6. *suspensum*: Superior verò ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans & c. Ergo talis excommunicatio tenebat. Ergo non omnia, quæ præscribuntur in iure à iudicibus, aut aliis personis publicis observanda, præscribuntur ad validè agendum, sive ut forma substantialis; sed aliquando solum per modum cujusdam solemnitatis, ad ritè & rectè agendum.

Ex quo facilè respondetur ad alias rationes Adversariorum. Probat ergo 2. suam sententiam: Quia Trident. loquitur per ablativum absolutum ibi: *Quibus denuntiacionibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii procedatur*: ablativus autem absolutus conditionem importat; l. *A testatore*, 109. ff. de Condit. & demonstr. conditio autem formam, l. *Qui heredi*, & l. *Mevius*, ff. eod. tit. ut docet Felinus sup. vers. *Secundum signum*, ubi sic ait: Ubi in dispositione legis, vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma, Bald. in Authent. *Marri & avia*, ibi: *Quidam tamen dicunt* Cod. Quando mu. tu. offic. fun. pos. Et dicit, quòd conditio, quæ apponitur per legem, nunquam dicitur continere solemnitatem levem; imò oportet, quòd conditio existat. Hæc ille. Ergo omiffio denuntiacionum vitiat Matrimonium: omiffio enim formæ in quacunque minima parte vitiat actum, l. 1. in fine, ff. de Vent. inspic.

Quòd si dicas: esse conditionem juris communis, & ita tacitè intellectam, & proinde ejus expressionem nihil operari. Contra: quia longè alio modo exprimitur, quam iure antiquo inerat, & ita operari debet, nam iure antiquo (ut constat ex cap. fin. de Cland. depof. initio) non exprimebantur denuntiaciones per ablativum absolutum, nec limitabatur ibi potestas Parochi. Et estò limitaretur, non erat necessaria Parochi assistentia ad valorem Matrimonii: at in Trident. explicantur per ablativum absolutum, & limitatur potestas Parochi ad assistendum Matrimonio, ejus assistentia est necessaria ut valeat.

Respondet Sanchez sup. importare formam & conditionem, ut ritè & rectè celebrentur Matrimonia, non autem ut validè. Quod inde colligitur; quia ea conditio tacitè inerat; eratque tantum iure communi requisita ad ritè & rectè agendum; quare ejus expressio nihil novum operari debet: & licet

8. Excommunicatio lata sine scriptis valida est, ex c. 1. de sent. excom.

9. Secunda probatio opposita sententia.

Felinus:

10. Pracluditur evasio,

Resp. San.



videatur quoad verborum sonum alio modo exprimi, quàm jure inerat: at ex tenore Decreti Tridentini manifestè habetur, non alio modo exprimi; quia dicitur: *Vestigiis sacri Concilii Lateranensis inhaerendo*: tum etiam, quia in clausula irritanti solum expressit praesentiam Parochi & testium. Hæc ille.

**11.** Sed contra, dicit aliquis; si illa verba important formam & conditionem; ergo omisso denuntiationum vitiat actum, quia omisso formæ in quacumque minima parte vitiat actum. Dicere autem; solum vitiat actum, quia non ritè & rectè celebratur Matrimonium, videtur esse petitio principii; quia idem est, ac dicere, non important formam & conditionem, de quo quaeritur.

Deinde; certum est, quòd Tridentinum amplius aliquid exigit, quàm Concilium Lateranense, scilicet trinam denuntiationem, tribus continuis diebus festivis, quæ trina denuntiatio non erat necessaria jure antiquo, ut clarum est; & tamen rectè dicitur inhaerere vestigiis Concilii Lateranensis: ergo tamen Matrimonium foret irritum, quod celebratur non præmissis denuntiationibus, adhuc rectè dici posset, Concilium Tridentinum præcipere illas denuntiationes inhaerendo vestigiis Concilii Lateranensis.

**Secunda Resp.** Dic ergo: illa verba Tridentini. *Quibus denuntiationibus factis* &c. non importare formam seu conditionem propriè dictam, ut colligitur ex subjecta materia, & aliis circumstantiis, de quibus sup. in probationibus nostræ sententiæ; estò aliquando ablativus absolutus importet conditionem propriè dictam, seu formam substantialem.

**12.** Si urgeas: forma nihil aliud est, quàm quædam ordinata series, rem ad substantiam deducens: sed Tridentinum ibi constituit ordinem, quo procedendum est ad celebrandum Matrimonium; nempe, ut præcedant denuntiationes, & fiant tribus diebus feriatis continuis, & tandem coram Parocho & testibus: ergo totus is ordo est de essentiali forma.

**Diluitur.** Negatur Consequentia: quia tunc solum totus ordo est de essentiali forma, seu constituitur ut forma substantialis, quando ex aliis verbis seu circumstantiis non colligitur oppositum, sicut hic colligitur, ut patet ex antedictis.

**13.** Ultimò argumentantur Adversarii & dicunt: factum contra legem pro infecto habetur, l. *Non dubium*, Cod. de LL. ibi: *Ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur.* Et Reg. 64. de Reg. juris in 6. sic ait: *Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.* Sed Matrimonium non præmissis denuntiationibus celebratur contra jus; ergo haberi debet quasi infectum, & est irritum.

**Resp. Sanchez.** Respondet Sanchez sup. intelligi eos textus, ut factum contra legem habeatur pro infecto, quando lex statuit formam substantialem actus; secus quando ex eo colligitur solum formam & modum, ut rectè dicitur scribi. Hæc ille.

Enimvero certissimum est, septius Matrimonia celebrari contra jus, quæ tamen communi omnium calculo sunt valida, arguuntur ad Apostolicam, 16. de Regular. *Matrimonia prohibentur, quæ si facta fuerint, obstante verborum firmitate.* Audiamus Concilium Tridentinum Reg. 64. Nonnullis casibus ab hæc Reg. disceditur: veluti in Matrimonio contracto post simplex continentiz votum, vel contractum interdictum Ecclesiæ, vel cum neophyto, id est, cum ea, quam quis ante Baptismum in fidei Christianæ articulis instruit. Hæc ille. Quidni possum addere: in Matrimonio non præmissis denuntiationibus contracto. Nihil obstat, ut manifestum est ex antedictis. Vera itaque permanet Concilii Tridentini, scilicet, Tridentinum præcipere denuntiationes absque irritatione Matrimonium contracto mortali? Respondeo:

## CONCLUSIO II.

Omittere omnes denuntiationes, seu clausam debitam dispensatione, & justâ causâ, est peccatum mortale: secus unam.

**P**rima pars, scilicet peccare scilicet Parochum, adhibentem Matrimonio, & contrahentes, non præmissis denuntiationibus, est communis DD. sententia; et in ea diocesi non sit excommunicatio Synodalis contra omittentes, & Parochus scilicet non sit sufficientem diligentiam ad examinandum, an sit impedimentum.

Probatur i. ex verbis tum Concilii Lateranensis, tum Concilii Tridentini, quæ nant rigorosum præceptum in materia, quoniam ex omissione denuntiationum sequi possunt multa mala, scilicet Matrimonia invalida, & per consequens peccata fornicationes, aut etiam adulteria. Quæ igitur hoc præceptum graviter obligant, ubi non est excommunicatio Synodalis contra omittentes? Nisi enim omisso illius gravis materia, immeritò Synodus excommunicaret omittentes; cum excommunicatio major, quam hic intelligo, sit poena gravis improporcionata peccato veniali.

Sed neque diligentia Parochi hoc præceptum factis quippe denuntiationibus, certum est fore, ut ad populi notitiam perveniat Matrimonium, & magis timent omnes impedimentum occultare, quod norunt: & illi æqui valeret ea diligentia, transgreditur Pa-

rochus præceptum grave, formam diligentia præscribens. Ita Sanchez supra num. 6.

Sed dicit aliquis: hoc est, quod quæritur; an sit præceptum grave, sive an graviter obliget illud præceptum, quando alio medio obinetur finis ejus, id est, certò scitur nullo subesse impedimentum. Et leviter obligare docet Petrus de Ledesma (teste Sanchio supra n. 5.) de Matr. q. 45. a. 5. puncto 3. dub. 1. conclus. 1. & 2.

Quæritur omnino; an sit præceptum grave, & jam probavimus, saltem in aliquo casu denuntiationes graviter obligare: igitur probandum manet Ledesma, qui idem admittit, in hoc casu solum leviter obligare; hoc autem non sufficienter præstat, dicendo, finem legis in eo casu cessare; cum, secundum communem sententiam Theologorum, cessante sine legis in casu particulari, solum negativè, veluti hic cessat, non cessat ipsa lex, nequidem quoad gravitatem obligationis.

Hinc lex irritans Matrimonium, aliter contractum, quam præsentè Parocho, æquè graviter obligat in casu, in quo per aliud medium sufficienter potest constare Ecclesiæ de Matrimonio contracto, etsi tunc cesset finis legis. Sicuti ergo in hoc casu non sit levis forma illa contrahendi, præscripta à Concilio Tridentino, tamen hic & nunc cessent inconvenientia, propter quæ evitanda talis forma præscripta fuit; & veluti jejuniùm Ecclesiæ non definit graviter obligare, etsi hic & nunc cesset mortificatio carnis, quæ est finis ejus; simili utiq; modo in casu præsentè denuntiationes istæ non fiunt materia levis, tamen per illam diligentiam Parochi cesset periculum invalidè contrahendi ob aliquod impedimentum dirimens, quod jam scitur nullatenus subesse. Fateor, colligitur gravitas materiæ ex fine; sed ex fine, quem per se habet materia seu actus præceptus. Hic autem in casu præsentè gravis est.

Quod vel ex eo etiam probatur; quòd Tridentinum ead. sess. c. 5. contrahentibus ignorantè in gradibus prohibitis, omittis denuntiationibus, negat spem dispensationis obtinendæ, subdens: *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiat, cuius salubria præcepta temerè contempserit.* Ergo manifestum est, hoc præcepto voluisse obligare ad mortale; siquidem omittentem, vocat temerarium contemptorem, cujus nomine indignus esset ob solam venialem culpam; & ob solam eam, alienum esset à more & Ecclesiæ benignitate, rigidissimumque, spem dispensationis negare. Ita Sanchez supra n. 6.

Attende etiam pœnas, constitutas Matrimonio clandestino (quale illud est) in Concilio Generali Lateranensi cap. fin. de Cland. despons. ibi: *Si quis vero hujusmodi clandestina, vel interdici conjugia, inire præsumperit*

*in gradu prohibito, etiam ignorantè, soboles de tali conjunctione suscepta, prorsus illegitima censentur.* Et infra: *Sanè si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet, etiam Regularis, qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpa qualitas postulaverit.*

Quis non videt, has pœnas esse satis graves, ut non solum post Tridentinum; sed etiam ante, culpa fuerit lethalis clandestinè contrahere? Et hoc tamen etiam negat Ledesma supra puncto 1. dub. 3. conclus. 1. & 2. teste Sanchez supra n. 5. Sed negat sine sufficienti fundamento.

Ceterùm, quando expediret denuntiationes prætermitti, Tridentinum id remittit arbitrio & prudentiæ Episcopi. Ergo supponit rem esse gravem, & intendit suo præcepto graviter obligare. Non est itaque (inquit Aversa hic q. 7. sect. 1.) levis materia. Nec est liberum contrahentibus, aut Parocho, denuntiationes in alias diligentias commutare, & ob notitiam aliunde habitam, prætermittere denuntiationes. Tum, quia Ecclesia specificè præcipit talem diligentiam, non relinquens sub arbitrio aliorum hanc vel similem. Tum, quia per denuntiationes, quæ, cum publicè fiant, deveniunt ad aures plurimorum, faciliùs & certius detegi poterunt impedimenta. Tum, quia Ecclesia intendit etiam hanc publicitatem & solemnitatem, ut Matrimonia omnibus propalentur. Hęc ille.

Et statim subjungit secundam partem Conclusionis nostræ, quæ magis dubia est, dicens: Admittunt tamen aliqui, quos sequitur Sanchez lib. 3. disp. 5. n. 7. Item Gutierrez c. 57. n. 1. Barbosa de Potest. Episc. p. 2. alleg. 32. num. 2. Villalobos to. 1. Sum. tract. 13. disp. 24. n. 3. Dia. par. 3. tract. 4. resol. 236. non fore mortale, si prætermittatur una ex tribus denuntiationibus, quando jam esset moraliter certum, non subesse aliquod impedimentum; quia hæc esset partialis ac levis omisso.

Sed hoc non facile admittendum censet Coninck disp. 27. dub. 5. conclus. 3. dicens: Parochum, id facientem, mereri graviter ab Episcopo puniri. Et similiter Pontius lib. 5. c. 30. n. 3. Et quidem stante lege & usu, ut fiant tres denuntiationes, posset esse, ut aliquis expectare vellet tertiam ad detegendum impedimentum. Debet ergo Parochus omnes tres præmittere ad Matrimonium. Ita Aversa.

Planè debet præmittere; sed quòd sub peccato mortali, hoc est quòd quæritur, & quòd hic Auctor non satis apertè resolvit; quamvis videatur magis inclinare in sententiam Coninck & Pontii.

Sed quæ ratio hujus sententiæ? Coninck sup. ait: Credo talem Pastorem ab Episcopo gravi-

Ledesma.

21. Omissio denuntiationum remittitur arbitrio & prudentiæ Episcopi. Aversa.

22. Omissionem unius denuntiationis non esse mortalem, docent Sanchez, Gutierrez, Barbosa & alii.

Oppositum Coninck & Pontius.

Quibus favet Aversa.

23. Ratio Co-gravi-

*vinck rejici-  
tur.*

graviter puniendum. Et merito, quia hæc res non debet Parochorum arbitrio relinqui. Sed quis relinquit hanc rem Parochorum arbitrio? Quippe omnes docent, eum venialiter peccare. Et qualis Consequentia; non debet hæc res Parochorum arbitrio relinqui; ergo talis Parochus ab Episcopo est graviter puniendus? Nunquid bene sequitur: Lectio horarum Canonicarum non est relinquenda arbitrio Parochi; ergo pro omissione partis non notabilis, talis Parochus debet graviter ab Episcopo puniri?

Nostra autem doctrina contendit, omissionem unius denuntiationis non esse partem notabilem materiæ præceptæ, sed partialem levem. Cujus oppositum pro ratione suæ sententiæ adducit Pontius supra, dicens: Et ratio est: quia ommissio unius proclamationis non est materia levis, ut constat ex fine, ad quem ordinatur.

*Ratio Pontii;**24-  
Impugnatur.*

Sed contra: etiam finis lectionis horarum Canonicarum gravis est, & tamen datur ommissio levis ex parvitate materiæ, quando videlicet illa ommissio non multum repugnat isti fini; jam autem apparet nobis, omissionem unius denuntiationis non multum repugnare fini istius præcepti, qui est detectio impedimentorum; quia hæc detectio facile potest haberi, quando præcesserunt duæ denuntiationes, ut patet ex cap. fin. de Claudest. Despons. ubi solum requiritur una denuntiatione.

*25.  
Respondetur  
ad variationem  
Aversa.*

Quod ergo supra dicebat Aversa: *Posset esse, ut aliquis expectare vellet tertiam ad de-rogandum impedimentum;* hoc, inquam, est de raro contingentibus, & ideo non satis probat, omissionem unius denuntiationis graviter repugnare fini illius præcepti; maxime quando aliunde certò constat, nullum subesse impedimentum.

Adde: primam denuntiationem obligare; præsertim cum sciant homines, sæpè in aliquibus dispensari. Et quia non sunt multiplicanda peccata mortalia, absque solidissima ratione, quam hæctenus non vidimus, hinc elegimus sententiam Sanchii & Aliorum.

*26.  
Sententia  
Dicast. de  
hac contro-  
versia.*

Sed ad majorem adhuc elucidationem, placet audire Dicastillonem hinc disp. 3. dub. 25. n. 214. Quod omnes (denuntiationes) omittitæ sit mortale, non video, quâ ratione possit negari; cum earum ommissio sit res gravis, & illæ præcipiantur tanquam medium, prudentissimè à Concilio necessarium, vel valde utile reputatum, in ordine ad præcavenda Matrimonia irrita ob impedimenta dirimentia, & ad vitanda alia damna, quæ ex Matrimonio occultè contracto, sequi aut timeri possent.

De una verò non possum negare, esse reprehensione dignissimum Parochum omit-

tentem; nec possum non videre, Tri-  
num non reliquisse in hac re arbitrium Pa-  
rocho, sed Episcopo; nihilominus quanto  
evidenter constat, nullum esse impedimen-  
tum, non apparet magnum in conveni-  
entiam ad periculum præcavendum.

Absolutè tamen puto esse grave pec-  
tum, propter non servatam unitatem, quæ  
quod etiam attendi debet; alioquin, si  
evidentia & certitudo, quod nullum sit im-  
pedimentum, satis est, ut non peccetur gra-  
viter, unam omitendo, etiam non peccetur  
rur graviter omitendo omnes; quæ ratio  
quæ probat pro una, probat pro omni-  
nempe evidentia nullius periculi. Quod  
recurras ad unitatem servandam in re gra-  
vi, hoc ipsum debet habere vim in re gra-  
vi omitatur. Hucusque Dicastillo.

Respondeo: proculdubio major est dif-  
mitas, dum omnes denuntiationes omittun-  
tur, quam dum una sola; ergo si una  
non debet habere vim in una, quæ ratio  
bus. Veluti, major est difformitas in re gra-  
nes horæ Canonicæ omittuntur, quam in  
minima pars earum; & ideo in re gra-  
in omissione omnium, non habet locum  
omissione minimæ partis.

Itaque admitimus, trias denuntiationes  
esse re gravem; & ideo omittitæ in re gra-  
tatem in re tam gravi, esse mortale non in-  
gamus, unam denuntiationem esse rem gra-  
vem, & consequenter deformitatem in una  
denuntiatione esse rem gravem; ac proinde  
dicimus, eam non esse peccatum mortale, ta-  
meti deformitas in omittitæ in peccatum  
mortale.

Alioquin in re per se gravi, nunquam de-  
bitur peccatum veniale ex parvitate ma-  
teriæ; quia semper erit difformitas in re gra-  
quod patet esse falsum in exemplo suppo-  
sito de lectione horarum Canonicarum  
in exemplo voti tum calliditas, tum pi-  
tatis & obedientiæ, in furto hæc  
præceptis.

Vel si dixeris: in his exemplis non de-  
bitur peccatum veniale ex parvitate ma-  
teriæ; idem ego dicam in nostro casu, re gra-  
datur diversitas, & probet aliquis omittitæ  
nuntiationem esse materiam gravem; quæ  
neque ex fine, neque ex difformitate erit  
sufficenter fieri; & ideo manemus in præ-  
resolutione, ac progredimur ad 3. præcep-  
Concl. ex qua etiam secunda confirmabitur.

Sic ergo ait Sanchez sup. n. 8. (postquam  
retulit doctrinam Henriquez l. 1. c. de Mat-  
c. 7. n. 1. in Com. lit. C. esse scilicet pecca-  
tum mortale, si denuntiationes non fuerint  
bus Festis continuis, licet hæc ter interpre-  
larè, quia contravenitur præcepto Tri-  
tini) sic, inquam, ait: Sed rigidum videtur  
hoc; non enim materia adeò gravis apparet  
& ideo

& ideo temperem, quando magnum intercederet spatium inter unam & alteram denuntiationem. Quia sic parochiani illarum obliviscerentur: non tamen damnam ad mortale, eò quòd una aut altera dies festiva intercedens, illas discontinuaret. Hæc ille.

Quem sequitur Dicastillo supra num. 217. in fine, ubi relatâ sententiâ Sanchez, aduertum subiungit: Placet hoc; immò ex causa nullum esset peccatum, ut si ex accidenti in proximo Festo nullus esset accessus populi, & in sequenti speraretur fore. Neque enim contra legem operatur, qui sensui & intentioni Legislatoris adheret. Hæc ille. Immo Præpositus hic q. 4. dub. 15. num 15. ait: In quibusdam Provinciis videtur usitatus, ut denuntiationes fiant diebus Dominicis aut Festis discontinuis.

Ego autem quæro: si hic potest dari aliqua difformitas, quæ solùm est venialis, cur non etiam in numero denuntiationum? Nam etiam hæc continuitas Festorum per se graviter obligat, veluti numerus denuntiationum. Interim ex paritate materiæ aliqua discontinuitas Festorum potest esse solùm venialis; quia videlicet parùm obest fini, à Concilio intento, qui est, ut facilius sic detegantur impedimenta; si enim denuntiationes essent nimium distantes à se invicem, parochiani vel illarum obliviscerentur, vel ob longum spatium desides redderentur ad impedimenta detegenda. Jam autem potest dari aliqua discontinuitas Festorum, quæ non multum impediât detectionem impedimentorum, & ideo solùm sit peccatum veniale.

Rogat aliquis; quæ sit illa continuitas Festorum, quæ requiritur à Tridentino, quando ait: *Tribus continuis diebus festivis.*

Respondet Sanchez lib. 3. disp. 6. n. 8. Continuitatem, quam Trident. postulat, ex ipsius fine, & aliis Concilii Provincialibus, colligitur esse, ut non excludat dierum ferialeium, sed aliorum Festorum mediationem; ita ut inter unam & alteram denuntiationem, factam diebus festivis, per dierum tamen ferialeium intervallum, non medient alia Festa.

Et ratio est: quia si sunt ita sibi immediatæ denuntiationes, non suppeteret tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta: nec debent esse tam discontinuæ, & à se invicem distantes, ut Parochiani vel illarum obliviscantur, vel ob longum spatium desides reddantur ad impedimenta detegenda.

Et si una tantùm denuntiatio faciendâ sit, omiffis duabus non statim Matrimo-

nium celebrandum est; sed aliquo temporis spatio expectandum est, aliàs videtur nullius momenti illa denuntiatio. Hæc docet Segura 2. par. direct. c. 16. n. 20. & 21.

Si petas autem, quantum tempus mediare debeat? Non potest certa regula præscribi, sed prudentis arbitrio, attentâ notitiâ, quæ communiter habetur contrahentium; & impedimentorum periculo, relinquendum est: communiter tamen satis videtur, si duo dies intercedant inter unam & alteram monitionem. Hæc Sanchez.

Sed non omnia placent Dicastilloni, qui sup. num. 216. sic scribit: Sufficit, si fiant à Parocho per se vel per alium, cui ipse committat, idque praxis declarat. Neque obest, quòd inter dies festivos mediant aliqui non festivi: imò id prodesse poterit fini, intento à Concilio; facilius enim sic detegentur impedimenta. Neque etiam necessarium est (quidquid Alii dicunt) attento præcisè jure Concilii Tridentini, quòd inter dies festivos sint aliqui feriales, ita ut non sint tres dies continui. Quàmvis enim continui sint, & sibi immediatè succedentes, satisfit Decreto Tridentini, in quo tantùm dicitur: *Tribus continuis diebus festivis.*

Dixi: *Attento præcisè jure Tridentini*, quia si alicubi vel per Constitutionem Synodalem, vel Concilii Nationalis aut Provincialis statutum fuerit, ut sit aliquod intervallum inter unum & alterum diem festivum, servandum est; non quidem virtute Tridentini, sed virtute particularis Constitutionis, qualis facta fuit à Concilio Provinciali Colonienfi sub Adolpho Archiepiscopo c. 32. & in Moguntino sub Sebastiano c. 38.

Quàmvis autem tribus diebus immediatis fiant denuntiationes, sufficiens tempus ordinariè judicatum est à Tridentino, quidquid dicat Sanchez sup. num. 8. & Perez Sanchez. disp. 43. Sect. 2. num. 2. ubi falsò allegat praxim; quàmvis enim in locis ubi ipse fuit, aut in Auctoribus, quos legerit, sic habeatur in praxi, aliis in locis non curatur tale intervallum, de quo mihi etiam constat; tum, quia fuit occasio de hac re in praxi judicandi; tum, quia sic intellexi sæpè à peritis & expertis Parochis & aliis. Hucusque Dicastillo.

Et, ut verum fatear, verba Tridentini non important tale intervallum, neque colligitur necessarium sive ex fine ipsius, sive ex aliis Conciliis Provincialibus; cum enim illa Concilia præcesserint Tridentinum, si PP. Tridentini, inter quos indubie erant, qui probè noverant Decreta illorum Conciliorum, voluissent tale intervallum præcipere, claris verbis, sicut præ-

*Quantum tempus mediare debeat.*

33. *Attento præcisè jure Conc. Trid. non est necesse ut mediant aliqui dies non festivi, ex Dicast.*

*Si alicubi oppositum consuetudine fuerit, servandum erit.*

34. *Quid in praxi observetur. Sanchez. Perez.*

*Ex fine Trid. sive ex aliis Conciliis non colligitur necessitas talis intervalli.*

C c c c c

di

Reg. 57. de Reg. juris in 6.

35. Probatur ex sine non colligi.

Post ultimam denuntiationem dandum est nisi quod tempus.

36.

Quod tempus sufficiat ex Averfa.

Videatur sufficere tempus duorum vel trium dierum Pontius.

37.

dicta Concilia, illud intervallum expressissent; cum ergo id non fecerint, prohibere videtur esse judicandum; arg. cap. 57. de Reg. juris in 6. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.*

Quantum ad finem Concilii, ille potest obtineri, etiam in isto casu; nam spatium dierum facile possunt deferri impedimenta, si qua occurrerint; & dicatur, quod sicut quando una tantum sit denuntiatio, non immediatè post illam factam celebrandum est Matrimonium; sed dandum est aliquod tempus, ut Dicastillo sup. num. 217. cum Sanchio docet, ut possint opponi impedimenta, ne frustretur finis Concilii; sic itidem post ultimam denuntiationem, adhuc dandum esse aliquod tempus; quod colligit Dicastillo sup. ex verbis Tridentini: ait enim: *Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur.*

Supponit ergo Concilium (inquit Dicastillo) ita procedendum esse ad celebrationem, ut potuerit prius opponi impedimentum; non potuisset autem moraliter opponi, nisi per aliquod tempus, arbitrio prudentis sufficiens, expectetur post ultimam, vel post unicam denuntiationem, quando unica tantum sit. Hæc ille.

Igitur non audeam damnare Parochum, qui tribus diebus Paschatis denuntiaret Matrimonium, & juxta cap. fin. de Claudef. despons. *Competenti termino præfixo, ut intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat, ad celebrandum Matrimonium in facie Ecclesie procederet, nisi praxis foret in contrarium.* Censetur autem (inquit Averfa hic q. 7. sect. 1. §. *Adnotari tamen*) regulariter spatium commodum & sufficiens duorum dierum.

Et Pontius lib. 5. cap. 30. num. 8. sic ait: In nonnullis Ecclesiis prudenter constitutum est, ne ipso die ultimæ denuntiationis contrahatur Matrimonium, sed duobus aut tribus elapsis diebus. Sic habetur in Constitutionibus Mediolanensibus tit. de Sponsalibus cap. 13. & in Regimine Ecclesie Bononiensis p. 3. de Sacramento Matrim. pag. mihi 168. col. 1. Et idè etiam præcipitur, ut si temporis angustia urgeant, statim post tertiam denuntiationem celebrari Matrimonium, in secunda denuntiatione populus moreatur, denuntieturque statim post tertiam denuntiationem Matrimonium esse in facie Ecclesie celebrandum.

Idemque mihi videor colligere ex quadam Declaratione Cardinalium apud Re-

bellum num. 12. in qua præcipitur Parochi statim tribus factis denuntiationibus carnaliter cognoscit, Episcopus non videat, ut Parochus ultimam denuntiationem absolutam, in Matrimonio subito illis jungat, ad stupri periculum evitandum. Ergo ubi abusus ille non est, non tantum die conjungendi, nisi accedat copulæ licentia, ut habet Constitutio Mediolanensis loco citato. Hæc ille.

Qui etiam ibidem num. 12. oblectat non multo elapso tempore post denuntiationes Matrimonium esse contrahendum. Acta Mediolanensis loco citato cap. 1. præcipiunt, ut intra duos menses contrahatur, quibus elapsis, neque contrahatur Matrimonium, nisi præmissis denuntiationibus, aut nisi de licentia Episcopi remittantur. In Regimine Ecclesie Bononiensis p. 3. cit. p. 158. col. 1. inter injungitur, ut elapsis illis diebus abusus, ab ultima denuntiatione contrahendum non procedat Parochus ad celebrationem Matrimonii, nisi prius admodum Reverendissimo Archiepiscopo, & licentia de eisdem scriptis obtentâ, vel à Generali Synodo eario.

Inter Declarationes autem Card. extat quædam apud Rebellen loco citato n. 8. & Farinacium pag. 266. in fine, ubi dicitur in Congregatione Cardinalium approbatum fuisse Decretum Romanensis Concilii 2. quo cautum est, ut qui, peractis denuntiationibus, intra quatuordecim menses non contraxerint, non possunt contrahere, nisi iterum peractis denuntiationibus; arbitrio tamen Episcopi. Et quidem merito, quia potest longo tempore, post denuntiationes elapso, supervenire impedimentum ex affinitate aliqua. Hæc Pontius.

Sed Declarationes, quæ hinc inde non puto esse authenticas, saltem non stat mihi, tales esse post Urb. 8. Et Constitutiones tam Mediolanenses, quam Bononienses, liquet universalem Ecclesiam non obligare, nisi ab ea receptæ fuerint, & quantum fuerint receptæ. Però receptæ sunt, in quantum per Romanense Romanum Tit. de Sacramento Matrim. statuitur: *Si vero infra duos menses post factas denuntiationes, Matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur, nisi ab Episcopo videatur.*

Si autem à me quaeritur, quis denuntiare debeat, & quo loco? Respondetur:

B O N O N I E N S I S  
SACRUM  
MATRIMONIUM

Hostiensis: C. 6. de Sent. excom.

CONCLUSIO III.

Satisfit præcepto Tridentini, si in publico concursu, etiam feriali, per Aedituum, de mandato Parochi, fiant denuntiaciones. Utrobique tamen, si sponfi sint ex diversis Parochiis.

40. Denuntiare debet proprius Parochus, et Canon. Trid. Pontius.

EX verbis Tridentini nimis manifestè constat, quis denuntiare debeat, scilicet proprius Parochus: Ter, inquit, à proprio contrahentium Parocho..... denuntietur, peccatis illis (ait Pontius sup. n. 9.) qui volunt contrahere, ut explicat Constitutio Mediolanensis c. 4. 10. & 18 ubi etiam præscribit modum explorandæ libertatis aut voluntatis contrahentium. Hæc ille.

Quæ utique Constitutio intantum approbatur ab universali Ecclesia, in quantum Rituale Romanum sup. ait: Has autem denuntiaciones Parochus facere non aggredietur, nisi prius de utriusque contrahentis libero consensu sibi bene confet.

Sed numquid habito libero consensu utriusque contrahentis, Parochus per seipsum tenetur facere has denuntiaciones; an verò sufficit, quòd per alium eas faciat? Quamvis (inquit Pontius sup. n. 9.) Concilium dicat fieri debere per Parochum proprium, in hoc tamen à jure recessum est apud nos; fiant enim per aedituum, licque servatur in praxi.

Idem docet Sanchez lib. 3. disp. 6. n. 5. & Alii communiter. Quia Tridentinum concedit ibi, ut de licentia Parochi alius Sacerdos possit assistere Matrimonio: ergo à fortiori poterit Parochus dare licentiam alii, faciendi denuntiaciones, quod multò minus est; arg. Reg. 53. de Reg. juris in 6. Cui licet quòd est plus, licet utique quòd est minus.

Huic consonat Regula Ulpiani in l. 2. ff. eod. Non debet cui plus licet, quòd minus est non licere. Adde Reg. 35. de Reg. juris in 6. Plus semper in se continet, quòd est minus. Et Reg. 72. eod. Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum. Ergo Parochus, qui per aedituum suum denuntiat Matrimonio, perinde est, ac si per seipsum denuntiaret. Et Parochus, qui per alium Sacerdotem potest assistere Matrimonio, quòd plus est, etiam potest per alium Matrimonium denuntiare, quòd minus est in eodem genere; quoniam denuntiare est aliquod præambulum, seu via ad contrahendum Matrimonium.

Præterea: cap. fin. de Clandest. despons. similiter habetur, denuntiaciones faciendas

esse per Presbyteros; & tamen Hostiensis ibi super verb. Presbyteros, cum Aliis, quos citat Sanchez sup. explicat, per Parochos, vel alium de ipsorum licentia, per cap. Mulieres, in fine, de Sent. excom. ibi: Cum is committat verè, cujus auctoritate & mandato committi probatur. Ergo etiam is verè denuntiat, cujus auctoritate & mandato denuntiar probatur. Sed hæc Consequentia non est firma, ut patebit ex alibi dicendis.

Deinde, dicit aliquis: Tridentinum in Decreto irritante Matrimonium, aliter quam præsentè Parocho factum, expressis verbis significat substitutionem alterius valere, ibi: Vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia. Porro in Decreto præcipiente denuntiaciones fieri per proprium Parochum, nulla fit mentio substituti seu substitutionis.

Respondet: idè in Decreto irritante fit mentio substituti seu substitutionis, quia Concilium voluit, ut Parochus non posset quemcumque substituere, sed solum Sacerdotem; & idè necessarium fuit ejus meminisse: at verò in Decreto præcipiente, Concilium reliquit rem in communibus terminis, ut Parochus videlicet posset quemcumque substituere; & idè nulla ibi fuit facta mentio substituti seu substitutionis. Igitur hic nullus recessus à jure, quidquid dicat Pontius supra; quia verba Tridentini intelligenda sunt secundum alia jura, supra allegata, de proprio Parocho, per seipsum, vel per alium, de ejus licentia, denuntiantè.

Potius receditur à Tridentino, seu ut melius dicam, à verbis Tridentini, quando denuntiaciones fiunt in publico aliquo concursu, etiam feriali, & extra Ecclesiam. Nam dicit Tridentinum: Diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnias publicè denuntietur &c. Et tamen denuntiaciones posse fieri in publico aliquo concursu, etiam feriali, & extra Ecclesiam, docet Sanchez sup. n. 9. & 10. Trident. jubet (inquit hic Auctor) denuntiaciones diebus festivis, & in Ecclesia inter Missarum solemnias faciendas esse: at idem credo esse, si extra Ecclesiam in locis competentibus, ut in prædicationibus magna populi copiâ confluentè, fierent. Probatur; quia eodem modo dicitur d. cap. fin. denuntiaciones debere fieri in Ecclesia, & tamen posse fieri extra in hoc casu, docent ibi Hostiens. super verbo: In Ecclesiis, & Alii.

Si objicias: indecens est, de Sacramento extra Ecclesiam tractare. Respondet Sanchez: Textus hoc non considerat; si enim Matrimonium ipsum licetè extra Ecclesiam contrahitur, cur non denuntiaciones?

Et ratio est: quia finis illius Decreti est, ut ad multorum notitiam Matrimonium perveniat, quòd faciliùs impedimenta detegantur.

43. Objeccio ex Trid.

Solvitur.

Pontius.

44.

Denuntiaciones possunt fieri extra Ecclesiam, ex Sanchez.

Probat. Hostiensis.

45. Solvitur objeccio.

Alia probatio ex ratione.

gan-

gantur: diebus enim festiuis inter Missarum Solemnia ingens hominum copia solet confluere in Ecclesiam. Cùm ergo sufficientissime huic fini satisfiat, quando in locis publicis, ubi est major populi concursus, fierent, satis erit. Ita Sanchez sup. n. 9.

46. *Possunt fieri denuntiationes die non festivo. Et Sanchez.* Et continuò n. 10. prosequitur dicens: Hinc infero eadem ratione idem dicendum esse, quando non esset dies festiva; at aliqua ex causa est magnus populi concursus ad Ecclesiam; ut quia est festus vocationis illius Ecclesiæ dies; vel quia insignis Concionator habet concionem: quia satisficit Concilii fini; & eadem prorsus militat ratio. Hæc ille.

Igitur tametsi tali casu recedatur, in rigore loquendo, à verbis Tridentini; haud equidem à mente ejus, quæ est anima legis; nam mens ejus colligitur ex fine; finis autem melius obtinetur, quàm si corticem verborum sequeremur. Neque enim (inquit Dicastillo sup. n. 219.) ita materialiter accipienda est Ecclesia, ut nomine Ecclesiæ ad prædictum finem non veniat intelligendus tunc ille locus, in quo finis legis & mens Legislatoris plenè obtinetur, & impletur, quin vox Ecclesia, etiam ad talem concursum, juxta notionem vocis, possit extendi.

47. *Oppositum docet Pontius, scilicet à consuetudine.* Interim oppositam sententiam amplectitur Pontius supra n. 6. dicens: Ex his colliges, eas denuntiationes debere fieri in Ecclesia, ut constat ex omnibus adductis. Quare non possunt fieri extra Ecclesiam, etiam si locus sit aptus, ut ad multorum notitiam perveniat: nisi fortè alicubi consuetudo fuerit, ut ejusmodi edicta voce præconis præponantur in vicinia Parochiæ. Nam ejusmodi consuetudinem, etiam post Tridentinum, servari posse ex consuetudine immemorabili, constat ex quadam Declaratione Card. quæ est apud Farinacium pag. 270. in hæc verba:

*Consuetudo potest esse legitima. ax Declar. Card. apud Farinacium.* An omisso edictorum, quæ præcedere debent celebrationem Matrimonii ex Constitutionibus Synodalibus diæcesis, & ex consuetudine immemorabili, quam servandam esse, etiam post Concilium Tridentinum, Congregatio declaravit, reddat Matrimonium clandestinum, prolemque illegitimam, perinde ac si Matrimonium contractum esset sine Parocho & testibus. Congregatio respondit negative.

Ex qua Declaratione planè colligitur, sicut immemorabili consuetudine induci potuit, ut non essent denuntiationes præmittendæ; ita etiam eadem consuetudine post Tridentinum induci posse, ne denuntiationes in Ecclesia fiant, sed in alio publico loco & præconis voce. Hactenus Pontius.

48. *Idem Autor sentit. quod in feriali die ne* Qui ibidem n. 7. sic ait: Quare observandum est, eas denuntiationes debere fieri tribus diebus festiuis, id enim expressè decernit Concilium Trident. & explicat Mediolanense d. tit. c. 2. Ut in illis festiuis diebus

fiant, qui Ecclesiæ precepto servantur. Quæ in feriali aliquo nec semel denuntiationes extat apud Farinacium pag. 269. in hæc verba: Episcopus ob vicinitatem temporis, prohibita sunt nuptiæ, omittere potest illas denuntiationes secundum prudentiam suam judicium, non tamen jubere ut in diebus feriatis fiant. Quare non placet, quod concitat docet Tho. Sanchez disp. 6. n. 10.

Unde neque in eo dispensare potest Episcopus, contra eundem Sacrum Canonem n. 6. cùm expressè prohibeantur etiam extraordinariè facere, si rectè expendantur verba Declarationum; maxime cùm in illa qua subfit causa, omitti possint de Episcopi judicio. Sine peccato ergo mortali feriatis diebus fieri non possunt denuntiationes, aliàs nullius erunt momenti. Sic sentit Riccius in praxi Decis. 257. n. 3.

Qui probare deberet, tum, quod declaratio sit Authentica post Utam. & tunc quod loquatur de diebus feriatis, ut supra bus loquitur Tho. Sanchez, ad idem ex causa aliqua est magus concursus in Ecclesiam.

Et verò nescio, quod tantum amplexum sit in illa festivitate dierum ut faceret peccatum mortale denuntiare in die feriali, dummodo per hanc denuntiationem finis Decreti perfectus, aut saltem reque perfectè possit obtineri. Et idem dico de Ecclesiis, non Missarum solemnibus. Hæc ergo speciatim Tridentinum; quia communitè in illis diebus, & in illis locis, ac temporibus, solet fieri major confluxus populi, qui necessarius est, ut melius impedimenta detegantur.

Profectò quis nesciat, denuntiationes fieri sub finem concionis, quæ tamen in concionibus plerumque fit extra Missarum solemnitas. Idque quia sæpius major est concursus populi ad concionem, quàm ad Missarum solemnem. Ac proinde non oportet regulariter Concilium tam rigidè præcepisse loca denuntiationum, sicut ipsas denuntiationes; dummodo in illis locis & temporibus fiant, quæ magis servant ad obtinendum finem Concilii.

Audiamus Synodum Meslinensem tit. de Sponsal. c. 2. Proclamationes Matrimonii tribus distinctis Dominicis vel festiuis diebus sub summo Sacro vel concione, aut aliquo loco frequenti populi conventu fieri debent.

Sed nunquid, interrogat quisquam, denuntiationes fieri debent in pluribus Ecclesiis, & non sufficit ut in una, in qua videlicet sponsi de factò habitant? Denuntiationes faciendas esse in omnibus Ecclesiis loci, contrahebentes habitant, vel saltem in pluribus, & tot, ut verisimile sit pervenitur ad omnium notitiam, olim docuit Innoc. d.

B O  
Sac  
pa

fin. de Cland. despons. eo quod ibi precipiantur denuntiationes fieri in Ecclesiis, & quia, cum tractetur de peccato vitando, ne Matrimonia prohibita contrahantur, cautius agendum est, quam in aliis, ubi requiritur publicatio.

Verum hodie hæc sententia evanuit, & censent omnes, sufficere aliquando, quod in una Ecclesia fiant denuntiationes. Nec obstat d. cap. fin. quia sicuti loquitur in plurali de Ecclesiis; sic etiam loquitur in plurali de Matrimoniis. Et præterea, Concil. Tridentinum loquitur de Ecclesia in singulari.

Ad rationem autem respondetur: Satis cautè agi pro vitando peccato, dum fiunt trinitæ denuntiationes in una Ecclesia inter Missarum solemnias, nisi in casu particulari aliter expediret, quod iudicium relinquimus Episcopo, qui tunc poterit mandare, ut in pluribus Ecclesiis fiat denuntiatio.

Rogas; in qua Ecclesia debeant fieri denuntiationes? Respondeo: in Ecclesia Parochiali, quod significat Tridentinum dum ait: A proprio contrahentium Parocho. Unde si uterque sponsus est de eadem Parochia, sufficit, ut in una illa Parochiali Ecclesia fiant denuntiationes: sin autem sponsi sint de diversis Parochiis, utrobique. Ita declararunt Cardinales apud Farinacium hisce verbis: Quando Matrimonium contrahitur inter duos de diversis Parochiis, debent in ambabus fieri denuntiationes.

Quod etiam præscribitur in Rit. Romano tit. de hoc Sacramento, ibi: Si verò vir & mulier Parochiæ sint diversæ, in utraque Parochia fiant denuntiationes. Atque expressè præcipitur à Synodo Mechliniensis Tit. de Sponal. c. 3. Quodcumque Matrimonium contrahere volentes, sunt diversarum diocesium, decanatum, vel parochiarum; Parochus unius ad Matrimonii solemnizationem non procedat, nisi & omnes proclamationes in Ecclesia sua fecerit, nullamque intellexerit canonicum impedimentum; & similiter Parochus alterius desponsorum, omnes tres proclamationes fecisse, & nullum canonicum impedimentum denuntiatum esse, ex testimonio eiusdem Pastoris certò cognoverit, vel de dispensatione Ordinarii ipsi confiterit.

Et ratio est: quia impedimenta viri possunt esse occulta in Parochia mulieris, & vice versa, impedimenta mulieris in Parochia viri; sicque frustrarentur denuntiationes sine suo, id est, detectione impedimentorum. Et ita videmus in praxi servari.

Dissentio tamen aliqua est inter DD. in quibus Parochiis debeant fieri. Pontius sup. n. 5. existimat debere fieri in Parochiis, in quibus de facto habitant, sive in eis tantum Ecclesiis (ut ipse loquitur) de quarum Parochia sunt. Nam, inquit, cum Tridentinum

dicat, eas debere fieri à proprio Parocho, declarant Cardinales, proprium Parochum esse, in cujus Parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahitur. Et in alia Declaratione expressè dicitur, ut quando Matrimonium contrahitur inter duos alienigenas, qui à parvo tempore in aliquo loco habitant, & non sunt de vagabundis, proprium Parochum esse, in cujus Parochia habitant tempore, quo contrahunt Matrimonium.

Et in Regimine Ecclesiæ Bononiensis sub Cardinale Prælato p. 3. de Sacramento Matr. pag. 158. sic habetur: Post tres denuntiationes factas in Ecclesia Parochiali, cui iam sponsus, quam sponsa subditi erant &c. Et sæpè ibi inculcatur, debere fieri in Parochia, & testimonium ferendum à Parocho, ad quem pertinet Matrimonii celebratio.

Et in Constitutionibus Mediolanensibus lib. 4. de Sponalibus c. 10. inungitur: Ne quis Parochus denuntiationes in Ecclesia faciat, nisi presentibus eisdem contrahentibus: & si forte fuerint ex diversis Parochiis, ne denuntiet, nisi ab altero Parocho certior factus sit de postulatu & consensu illius, qui suæ est curæ subjectus.

Quæ idè adduco, ut ostendam, quomodo ea Concilia Mediolanensia & Bononiensia, quæ Tridentinum secuta sunt, & approbata per Congregationem Cardinalium, ut in ipsis habetur, intellexerint Tridentini Decretum de denuntiationibus faciendis in parochiali Ecclesia.

Existimo itaque de jure in prædictis præcisè Parochiis debere fieri: an verò in aliis etiam fieri expediat, relicto existimo Episcoporum iudicio. Nam in Regimine Ecclesiæ Bononiensis part. cit. pag. 157. col. 2. in principio hæc habentur: In his igitur aut aliis huiusmodi casibus, in quibus aliqua existere posset difficultas; sive etiam cum dubitatur, in qua Parochia fieri debeat denuntiatio, Parochus ab eodem Illustrissimo Archiepiscopo quid agendum sit, accipere debet. Hæc ibi. Hucufque Pontius.

Igitur, secundum hunc Auctorem, denuntiationes faciendæ sunt non in parochiis, in quibus maximè noti sunt sponsi; sed in quibus de facto habitant, contra Sanchium sup. disp. 6. n. 6. ubi sic ait: Debent hæc denuntiationes fieri in utriusque parochiis, ubi diutius versati sunt, & principaliorem habent larem; & verisimilius est fore, ut sciantur impedimenta. Probarur; quia idè fiunt, ut contrahentium impedimenta detegantur: at cum brevem moram in aliqua Parochia contraxere, ignoti sunt, impedimenta que ignorabuntur.

Et confirmatur: quia ob similem rationem præceptæ sunt denuntiationes, d. cap. finali, quod Tridentinum innovat, & tamen

habitans, ex Decl. Card.

55. Et constitutione Ecclesiæ Bononiensis

ac Mediolanensis

56. Sanchez existimat in illis fieri debere, in quibus sunt notissimi sponsi, & probas.

Confirmatur

Innoc. ibi n. 1. Aliique asserunt, faciendas esse in Ecclesia, ubi est parentum utriusque antiqua habitatio; quia ibi melius scientur impedimenta. Et ita tenet Segura dicens, sic declarasse Cardinales, 2. p. Directorii iudicium c. 16. n. 19. Hinc infertur, non opus esse fieri in parochia, in qua est moderna habitatio. Quia id nullo jure petitur, & esset nimium multiplicare denuntiationes. Hæc ille.

57. *Servanda est consuetudo loci. Coninek. Aversa.*

Quem sequitur Coninek disp. 27. n. 50. nisi quod dicat: Credo consuetudinem habere, ut simul etiam fiant in loco, ubi de facto habitant ac contrahunt. Et hac in re laudabiles consuetudines particularium locorum servandæ sunt. Quod etiam notat Aversa q. 7. sect. 1. §. *Debentque*, in fine, dicens: Sed in hoc servanda erit consuetudo locorum, & instructio Prælatorum, juxta eorum rationabiles observantias.

Sed & hoc Pontius non negat, ut patet ex ejus verbis sup. relatis. Immo dicit: Ego quidem, si viderem Declarationem Cardinalium, istorum (intelligit Sanchium & ejus sequaces) opinioni acquiescerem. Ceterum neque lego in his, quas ediderunt Farinacius atque Rebellus, quin potius ex his, quæ excusæ habentur, ego colligo in eis tantum Ecclesiis debere fieri proclamationes, de quarum parochia sunt. Hæc ille.

58. *Sententia Aversa.*

Ego, ut dicam, quod sentio, satis probabilem video sententiam Pontii, considerando præcisè verba Concilii Tridentini; sin autem attendamus finem hujus constitutionis, sententia Sanchii apparet mihi verior: nam in illis parochiis, in quibus diutius habitant, & adhuc de facto habitant amici & consanguinei, facilius possunt detegi impedimenta, quam in illa parochia, in qua à parvo tempore habitant, & ubi adhuc incogniti sunt.

Occurritur alicui objectioni.

Nec obstat: quod Parochus actualis habitationis debeat assistere Matrimonio; quia hæc assistentia solum requiritur ad præbendum testimonium de contracto Matrimonio, quod æquè potest præberi à Parocho unius loci, quam alterius. Unde etiam sufficit, ut alibi dictum est, alterutrum Parochum assistere, tamen si contrahentes sint diversarum parochiarum; at verò uterque Parochus debet facere denuntiationes, nisi forè, ut notat Dicastillo sup. n. 218. tam propinquæ sint parochiæ, ut in alterutra factæ sufficiant ad impedimenta manifestanda.

59. *Sententia Herinx.*

Optimum sanè, in his omnibus attendere ad consuetudinem loci, in quo Matrimonium contrahendum est, & secundum eam operari. Securissimum est (inquit Herinx hic disp. 5. n. 33.) ut in utroque loco fiant denuntiationes. Difficile quoque est improbare, quod tali casu habuerit praxis loco-

rum, Ordinariis probata. In rigore tamen juris videtur prior opinio (pura Pontii) verior: servato moderamine, quod dicitur ratio, ut nimirum in parochia præcedenti sit inquisitio, qualem circumstantiæ personarum exegerint; addito, si videatur, jure merito contrahentium de carentia impedimenti. Hæc ille.

Rogat aliquis; an subinde sit licitum, ut quas, vel etiam omnes denuntiationes teneat? Responso in promptu est, utpote:

CONCLUSIO IV.

Omitti possunt omnes denuntiationes, vel aliquæ, si fuerit probabilis suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse. Consuetudo requiritur ad compensationem Ordinarij, per se loquendo.

Primam partem expressè veritate præstat Concil. Tridentinum sess. 24. de Matrimonio c. 1. dicens: *Quod si aliquando probatum fuerit suspicio Matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus vel tribus vicinis pro parochia Matrimonium celebratur.* Id est loquitur Aversa sup. sect. 2. §. *Juxta eam causam* si præcederint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus vel tribus vicinis pro parochia Matrimonium celebratur. Id est loquitur Aversa sup. sect. 2. §. *Juxta eam causam* si præcederint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat; vel saltem Parocho, & duobus vel tribus vicinis pro parochia Matrimonium celebratur.

Et Pontius sup. c. 32. n. 2. Non malitiosè impedit, qui iuste impeditur, si filius indignæ vult nubere, etiam si non floraverit, vel sponsalia contraxerit, quæ graviora incommoda resultant in Matrimonio, quam ex omissione. Quare licet ter judex Ecclesiasticus perpendere debet, quibus ex causis timeatur parentes aut res impedire; solent enim in hoc tentare fraudes latere. Ita Basilius.

Præterea bene notandum est; Tridentinum non dixisse, tunc tantum possent omitti denuntiationes, quando est certum, quod impeditur malitiosè: sed quando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediti posse. Neque enim pia mater Ecclesiæ vult obligare suis præceptis merè positivis, tunc solum, quando certum grave damnum sequitur ex observatione; sed etiam, quando est probabile periculum, aut suspicio ejusdam, quod valet pro multis aliis casibus.

B O N A  
Sacramentum  
parochia

Iraque non tantum certum malitiosum impedimentum, sed etiam prudens timor seu probabilis ejus suspicio, est justa causa omittendi denuntiationes, id est, celebrandi Matrimonium iis prætermisiss.

62. Sed nunquid tali casu necessaria dispensatio Episcopi? Vel sufficit dispensatio Parochi? Sanchez sup. disp. 7. n. 17. tenet id non posse Parochum. Et probat 1. quia ante Tridentinum erat præceptum de præmittendis denuntiationibus Matrimonio, c. fin. de Claud. despons. desumpto ex Concilio Later. & tunc, secundum Omnes, non poterat Parochus dispensare; ergo nec modò, quia Tridentinum id Decretum non corrigit, sed innovat, ut constat ex illis verbis: *Sacri Concilii Lateranensis vestigiis inherendo.* Et confirmatur; quia saltem hic casus tanquam omisus relinquendus est dispositioni juris communis, l. *Commodissime*, ff. de Libe. & posth.

63. Probat 2. quia non est sensus Trid. quem contrarii intendunt; sed in verb. *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio*, definit eam esse justam dispensandi causam: cujus verò arbitrio hoc subiacet, non definit ibi, sed in verb. *Deinde ante illius consummationem.* Unde ea verba; *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit*; utrumque casum præcedentem amplectuntur: clausula enim in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, l. *Talis scriptura*, ff. de Legat. 1. ibi: *Hanc autem scripturam non solum ad præcedentia sola legata, sed ad universa quæ testamenta adscripta sunt extendimus. verum est.*

63. Probat 3. Quia dictio illa: *Deinde*, quæ ordinem significat, continuativè præcedentium est, ac integram causam ab illis verbis: *Quòd si aliquando*, perficit. Ita Sanchez pro sua sententia.

Quæ ante ipsum docuit Navar. lib. 4. Constat. tit. de Claudest. despons. Conf. 1. & Alii plures ibi citati: quibus adde Pontium sup. c. 31. n. 2. Averfam sup. §. *Communis tamen sententia*, & Coninck Disp. 27. n. 53. Quia (inquit hic Auctor) non videtur Concilium rem tantam arbitrio Parochorum commisisse, qui sæpè sunt homines indocti, & qui facile quovis casu permitterent sibi persuaderi, tale periculum subesse.

64. Eandem rationem assertit Gutierrez Canon. nic. qq. l. 1. c. 19. n. 2. ubi diffusè probat illam sententiam, dicens: Ad Ordinarium pertinet causæ cognitionem adhibere, an prædicta suspicio probabilis sit, quòd Matrimonium malitiosè impediretur, si tot præcesserint denuntiationes, atque suo iudicio hoc discernere. Parochus autem in hoc facile deciperetur, atque suorum contemplatione parochianorum, ac precibus eorum allectus, propè semper id iudicaret expedire, & ab-

que denuntiationibus præcedentibus omnia Matrimonia celebraret: hoc autem manifestè est contra mentem Concilii, quæ facili negotio defraudaretur, si contrariam sententiam admitteremus; & cum causa hæc sit magni ponderis, non cuilibet Parocho (quorum major pars ignorat discernere, quando omitti hujusmodi denuntiationes debeant) remittitur; sed tota gravi & prudenti Ordinariorum est iudicio commissa.

Præterea: nullibi expressè decretum videmus, ut Parochus causæ cognitionem atque decisionem judicialem hac in re sibi vindicare possit, adversus auctoritatem & jurisdictionem Ordinarii, cui injuria profecto fieri videretur, atque in contemptum sui quodammodo verteretur, si Parochus solus id facere posset, haberetque eandem jurisdictionem exteriorem; hujus saltem respectu quam Ordinarius ipse: hoc autem absurdum videretur, nulloque modo tolerandum.

Insuper; eadem ratio, quæ militat, ut Ordinarius possit expedire judicare, ut omnino præfatæ denuntiationes remittantur ante consummationem Matrimonii, quod expressè sit Concilium, ipsamet vertitur ut etiam ante celebrationem id judicare debeat, existente probabili suspitione de Matrimonio malitiosè impediendo, si tot præcessissent mentiones: nec differentia ratio probabilis inter unum & alterum casum reddi potest.

66. Quia etsi sit minus differre denuntiationes, quam illas in totum auferre; quare videbatur prius licere Parocho, secundum verò minimè, & atque proinde hanc rationem diversitatis posse rectè constitui inter utrumque casum; attamen cum in priori requiratur causæ cognitio, eaque expressè à Concilio Parocho concessa non fuerit, sed hoc ipsum reliquerit in juris communis dispositione; relicta censetur in dubio Ordinario, qui suam intentionem circa hoc, cæteraque suæ potestatis, jure communi fundatam habet. Hucusque Gutierrez.

Ego autem non clarè video; quomodo hæc doctrina efficaciter probetur, aut probari possit præcisè ex verbis Concilii Tridentini; cum, salvo meliori, in casu proposito nulla omnino requiratur dispensatio: nam ipsum Tridentinum cum excipit à generali sua constitutione, ac si diceret: *Præcipio ut in posterum præmittantur denuntiationes, præterquam dum probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse.* Quis non videt, præceptum hoc non obligare, seclusà omni dispensatione, hoc ipso quòd Pastor vel alius quilibet prudenter iudicat, Matrimonium malitiosè impediri posse?

Ex quo patet responsio ad primam probationem Sanchez; concedo quippe, Parochum, sicut ante Tridentinum non poterat dispensare,

65. Secundò

Tertiò

66. Occurrit objectioni.

67. Non videtur hæc doctrina ex verbis Trid. efficaciter probari.

Resp. ad 1. probationem Sanchez.

sare, ita nec modò posse. Ergo non potest omittere denuntiationes, quando probabilis est suspicio Matrimonium malitiosè impediri posse, negatur Consequentia; quia hoc ipso, seclusà omni dispensatione, præceptum denuntiandi minimè obligat, cum pro illo casu non sit latum, nec unquam talis casus fuerit materia illius præcepti.

68. *Resp. ad 2.* Similiter respondeo ad 2. probationem: Concilium ne vel minimo verbo significare, illam esse iustà causam dispensandi; sed vult, quòd in illo casu lex non obliget, siue potiùs, quòd lex illum casum non comprehendat, quæ multum sunt diversa. Nam dispensatio est relaxatio juris in casu particulari, in quo alioquin jus obligaret; jam autem in casu proposito, jus Tridentini nunquam obligavit; quia expressè illum casum excipit.

*Parochus hic non dispensat, sed potius Concil. Frid.* Unde si hic est aliqua dispensatio, potiùs dispensatio in præcepto Concilii Lateranensis, quòd generaliter præcipit, Matrimonium publicari per Presbyteros, nullà factà mentione malitiosi impedimenti, quàm in præcepto Concilii Tridentini. Adedque Parochus hic non dispensat, sed potiùs Concilium Tridentinum, excipiens à generali præcepto Concilii Lateranensis præfatum casum.

69. *Quid Parochus hic faciat.* Quid ergo Parochus hic facit? Respondeo: iudicat Tridentinum in illo casu non obligare; siue iudicat, hunc esse casum, quem Tridentinum exceptit. Ubi autem istud iudicium vel in Tridentino, vel in iure communi reservatur Episcopo? Nam (inquit Dicastillo disp. 3. n. 262. ubi tenet, Parochum posse omittere denuntiationes in casu proposito, absque facultate Ordinarii) ut legenti constabit, antequam arbitrium Ordinarii (Tridentinum) requireret (quòd solum requisivit, ut omninò omitterentur denuntiationes) loquens solum de Parocho, præmissuro denuntiationes, dixit: *Quòd si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse &c.* subjungit: *Tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus presentibus Matrimonium celebretur &c.*

*Parochum posse omittere denuntiationes absque facultate Ordinarii, docet Dicast.* Ubi adverto, in quibusdam libellis Coloniae impressis, gryphicis characteribus loco illius particulæ, *Vel*, dum dicitur: *Vel saltem Parocho &c.* haberi particulam: *U;* atque aded tolli eam partem disjunctivæ orationis: in correctis tamen exemplaribus in folio, præsertim in Romana editione Apostolicæ Typographiæ, Pauli 5. auctoritate factà anno 1612. haberi particulam: *Vel*, ut sensus sit disjunctivus, ita ut unum, aut aliud fiat, nempe, vel unam præmittere denuntiationem ante contractum, si ea suspicio sit; vel si neque hæc præmittatur, *Saltem duobus vel tribus testibus presentibus &c.* in quo nulla fit mentio Ordinarii; neque tollitur facultas,

70. *Notabile quoddam.* ut tunc non possit omitti, etiam unicus Hæc ille. Si dixeris cum Sanchio sup. in 2. probatione: sufficit quòd fiat mentio Ordinarii sequenti versu, ibi: *Nisi Ordinarius ipse hinc clausula enim in fine posita refertur ad rationem præcedentia.* Respondetur: id verum esse, quando nium est eadem ratio: hic autem est diversitas, quia, ut bene sup. advertit Gutierrez, ratio est differre denuntiationes, quàm illas tantum auferre. Supponit itaque Concilium quòd periculum malitiosi impedimenti causa per se sufficiens, ut absque illa dispensatione denuntiationes non obligent ante Matrimonium; iudicium autem causæ sufficientis, ut etiam ante consummationem Matrimonii omittantur, relinquit iudicio Ordinarii. Nec obstat; quòd supra dicebat Gutierrez, cognitionem causæ non esse concilii præfati rocho, adedque relictam in iura communi præ dispositione; quia ostendit debet hinc doctor, cognitionem causæ in hoc casu iure communi competere Episcopo, quòd hic non ostendit. Ponamus casum; quòd Ecclesia contra aliquibus diebus præcipiat jejunium omnibus, exceptis prægnantibus, ceclasse cognitionem huius causæ iure communi competere Episcopo, & mulierem obligatam esse jejunio, donec Episcopus cognoverit & iudicaverit, eam esse prægnantem? Nonne de facto homines solvant jejunium ob varias causas, quarum Episcopus nullam habet cognitionem? Prorsus sufficit iudicium consuetumque prudentis de sufficientia causæ, per se extra inquam, excusantis, absque Superioris dispensatione. Jam autem contemditur Dicastillo & Alii, causam positam in Tridentino, non sufficere absque dispensatione, denuntiationes omittantur, quantum colligitur ex verbis Tridentini; & ided sufficiens iudicium Parochi, aut alterius cuiuscumque præfati de existentia illius causæ. Neque Parochi plerumque tam abidi sunt, aut saltem non deberent esse tam abidi facti, ut non possint de ea prudentes iudicare, si non per se, saltem per alios. Quòd si prudenter aliquando procedant, poterunt de Episcopo desuper corripi & puniri. Quòd si aliquando major prudentia potest esse necessaria, ut Parochus iudicet, an expediat aded dare licentiam assiltendi, quàm ut cognoscat malitiosum impedimentum: & tamen quòd docet Parochum non posse istud dispensare, sed illud iudicium reservatum esse soli Episcopo? Quis unquam dixit, tali casu solus Episcopum posse dare licentiam adhibendi?

74. ad 3. denuntiationem Sanchez.

Quid ergo ad 3. probationem Sanchez? Respondeo: dictionem illam: Deinde, esse quidem continuativam precedentium, sed tamen non propterea facere unam ac integram causam, nisi quando in precedentibus militat eadem ratio; jam autem ostendimus, diversam esse rationem, & iterum ostendo; quia in vers. Deinde, sermo est de propria dispensatione in denuntiationibus, faciendis ante consummationem Matrimonii, prius contracti sine denuntiationibus. Porro in vers. Quod si aliquando, loquitur Concilium de denuntiationibus premitendis Matrimonio contrahendo, & causam omittendi allegat, quæ Matrimonio jam contracto, omnino cessat; nam Matrimonium, quod jam contractum est, amplius malitiosè impediri nequit.

Responsum dicitur.

Fatemur itaque, Parochum nullatenus posse dispensare in casu vers. Deinde; dicimus tamen, non posse efficaciter probari ex verbis Concilii Tridentini, Parochum non posse omittere denuntiationes in casu vers. Quod si aliquando, sine licentia Ordinarii.

75. Opin.

Si dixeris: Decretum Concilii procedit non solum in causa ista suspicionis, sed etiam in aliis causis; ergo posset in omnibus sua auctoritate Parochus prætermittere denuntiationes. Respondeo N. C. quia in aliis causis requiritur dispensatio; non autem in causa suspicionis.

Consequendo requiritur licentiam Ordinarii extra necessitates.

Dixi consulto: Ex verbis Concilii Tridentini; quia ut habet ultima pars Conclusio- nis: Consuetudo requirit licentiam Ordinarii, per se loquendo; id est, extra casum necessitatis. Quippe necessitas non habet legem humanam, & sicut aliæ leges humanæ per se cessant in extrema aut gravi necessitate, in qua earum observatio superat communem hominum fragilitatem; ita etiam præsens lex, de qua disputamus.

76. Opin. Sanchez.

Neque hoc negat Sanchez, sed expressis verbis concedit ead. disp. n. 15. ubi sic ait: Quæstio 2. an possit Parochus in aliquo eventu remittere denuntiationes, seu in illis dispensare? Et ut certa ab incertis secer- namus, non intelligitur præsens quæstio, quando esset periculum in mora, ut in articulo mortis, de hoc enim disputabo disp. 10. n. 27. sed præsens quæstio est, ubi non est tale periculum in mora.

In qua quidem quæstione ipse resolvit, Parochum non posse remittere denuntia- tiones, attentis verbis Concilii Tridentini; nos autem posse, nisi obstet contraria cor- suetudo, & nisi obstaret Rituale Romanum Tit. de Sacramento Matrimonii.

77. Opin. Rit. Sanchez.

Hæc sunt verba ejus: Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio (vel alia rationabilis causa subit arbitrio Episcopi) Matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint de

denuntiationes; tunc de licentia Ordinarii vel una tantum fiat denuntiatio, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur. Deinde, ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, ut si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, nisi aliter Ordinarius ipse expedire judicaverit. Ita Rituale.

Benè autem in fine addit: Quæ omnia ferè ex sacri Concilii Tridentini Decretis desumpta &c. quia reverà non omnia desumpta sunt; quia in Concilio non dicitur: Tunc de licentia Ordinarii vel una tantum &c. sed simpliciter: Tunc vel una tantum &c.

Cæterùm quia Paulus 5. in Bulla: Apostolicæ Sedis, præfixa Rituali; Hortatur in Domino Vener. Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & dilectos Filios eorum Vicarios, nec non Abbates, Parochos universos, ubique locorum existentes, & Alios, ad quos spectat, ut in posterum tanquam Ecclesie Romanæ filii, ejusdem Ecclesie omnium Marris & Magistræ auctoritate constituto Rituali, in sacris functionibus utantur; & in re tanti momenti, quæ Catholica Ecclesia, & ab ea probatus usus antiquitatis statuit, inviolatè observent; hinc & nos hortamur omnes Parochos, ne in casu proposito denuntiationes omittant, nisi de licentia Ordinarii, excepto semper casu necessitatis.

78. ideoque à Parochis videtur petenda.

Si (inquit Aversa q. 7. sect. 2.) non pateret aditus ad Superiorem, & interim urgeret necessitas Matrimonii contrahendi, ac periculum esset in mora, & causa sit talis, ex qua deberet ac teneretur Superior dispensare, tunc quidem communiter admittunt, posse Parochum ex officio, prætermittis denuntiationibus, vel in parte, vel in toto, prout necessitas postulat, assistere tali Matrimonio: nempe juxta alias regulas & exempla, de benignitate juris & interpretatione legis.

79. Opinio Aversa, in necessitate Parochum posse assistere prætermittis denuntiationibus.

Ut etiam, si imminet aliquod grave damnum ipsi Parocho, nisi aliquorum Matrimonio statim absque denuntiationibus præviis assistat, utpote si aliquis illi comminaretur mortem, aut depredationem, dummodò non in odium & contemptum Ecclesiastici præcepti, posset similiter assistere; quia nimirum leges positivæ non obligant cum tanto rigore & periculo. Hæc ille.

Quia tamen (inquit Herinx hic disp. 5. num. 38.) est res publica; non debet Parochus id facile praticare; tum ob periculum abusum; tum, quia difficultatem pateretur in foro Episcopali, ad se justificandum; tum, quia plures non sunt satis prudentes, ut per se ipsos judicent de sufficientia fundamenti ad utendum Epykiâ.

80. Non debet Parochus id facile praticare, ex Herinx.

D d d d d Aliun-

Aliundè quoque valdè utilis est lex ista bono communi, cujus dispensatio nimis facilis, parit frequenter in Republica Christiana non levìa incommoda; ut idcirco ipsi Hæretici vicini, sint sine comparatione rigidiores Catholicis in observantia proclamationum. Quod meritò ponderent Ordinarii, quorum alioquin iudicio & prudentiæ relinquatur arbitranda causæ sufficientia. Hæc ille.

Si autem à me quæritur; quis hic censetur Ordinarius, qui possit in dicta lege denuntiationum dispensare? Respondeo:

### CONCLUSIO V.

Dispensant in denuntiationibus Episcopus, vel habens jurisdictionem Episcopalem.

81. *Inferior non potest de se dispensare in lege Superioris, ex Clem. 2. de Elect.*  
**C**ommunitè docetur in Tract. de LL. inferiorem non posse dispensare in lege Superioris, nisi in casibus sibi concessis. Probatur autem ex Clem. Ne Romani, 2. de Elect. ibi: Nos inter cætera præcipuè attendentes, quòd lex Superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem astruere (sicut accepimus) satagemem, quòd Constitutio felicis recordationis Gregorii Papæ decimi Prædecessoris nostri, circa electionem præfatam edita in Concilio Lugdunensi, per cæterum Cardinalium Romana Ecclesiæ (ipsa vacante) modificari possit, corrigi vel immutari, aut quidquam ei detrabi sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam, vel aliquam ejus partem, aut eidem etiam renuntiari per eum, tanquam veritati non consonam, de Fratrum nostrorum consilio reprobamus. Et cap. 6. de Major. & obed. sic incipit: Cum inferior Superiorem solvere nequeat vel ligare, sed Superior inferiorem liget regulariter & absolvat.

82. *Probatur etiam ex jure civili.*  
 Adde l. 1. Cod. de LL. Inter aequitatem jusque interpositam interpretationem, nobis solis, & oportet, & licet inspicere. Ita Imperator Constantinus. Et Imperator Justinianus: l. fin. cod. Definimus omnem Imperatorum legum interpretationem, sive in precibus, sive in judiciis, sive alio quocumque modo factam, ratam & indubitam haberi. Si enim in præsentem leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari soli dignum imperio esse oportet. In quibus legibus reservatur interpretatio authentica Constitutionum Imperialium ipsis Imperatoribus. Quanto magis censerì debeat reservata dispensatio?

83. *Probatio ex ratione. Suarez.*  
 Et ratio est inquit Suarez lib. 6. de leg. cap. 14. num. 4. quia inferior non potest irritare vel impedire voluntatem Superioris, non solum ipso invito, sed etiam ipso non consentiente; ergo non potest

dispensare in lege ejus, propter solum prohibitionem specialem; sed necessitas est positiva concessio per voluntatem pressam, vel saltem tacitam, aliquo consentienti modo significatam.

Antecedens patet; tum ratione, quia inferior virtus non potest antea dire superiori; tum ratione moralium, quia rectitudo gubernationis postulat, ut auctoritas Superioris prævaleat contra voluntatem inferioris; nisi Superior ipse eam ad hoc autem necesse est, ut tollat personam voluntatem, quod non fit nisi per positivum consensum vel concessionem. Consequentia verò clara est; quia dispensatio auferit voluntatem Superioris, sed non potest esse & tum ejus in particulari materia.

Confirmatur; quia dispensatio est actus jurisdictionis: sed inferior in se non habet jurisdictionem circa legem superioris, nec circa personas eius subditas, nec circa eam talem subjectionem tractando, quia est altioris rationis, et de eadem ergo non habet inferior potestatem dispensandi in lege Superioris, nec concedatur. Hæc ille. Quæ hoc non consentient ad nostrum propositum.

Itaque attento jure antiquo, & solum contrariâ consuetudine, Episcopus non poterat dispensare, nisi in casu urgenti necessitatis, quando esset periculum in mora, ne denuntiationes præmitterentur Matrimonio, quia erant præcepta in Concilio Generali Lateranensi, & ne tacite quidem Episcopus erat concessa potestas in eis dispensandi.

Hodie autem potest Episcopus in dispensare; quia hoc illis conceditur in Tridentinum sess. 24. de Matrim. cap. 1. ibi: Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesiis fieri, ut si subsint impedimenta, facilius detegantur. Ordinarius ipse expedire judicaverit. Et denuntiationes remittantur: quæ sententia & iudicio sanctæ Synodi confirmantur.

Et quævis ibi Concilium expressè solum loquatur de denuntiationibus tendis consummationi Matrimonii, non potest ante contractum Matrimonium suspitionem malitiosi impedimenti, quæ fuerunt; equidem, ut dicit Reg. 1. Cui licet quod est plus, licet utique minus. Et cui conceditur quod est plus, etiam tacite conceditur quod est minus eodem genere; jam autem plus est remittere absolute omnes denuntiationes, etiam ante consummationem Matrimonii, quæ solum eas remittere ante contractum Matrimonii, ut clarum est; ergo cui illud conceditur, etiam hoc tacite censetur concessum.

Pontius,

87. *Proposus ob*

Nec tantum propter suspicionem malitiosi impedimenti, quae, ut supra dixi, & patet ad oculum, non habet locum, quando jam Matrimonium contractum est; sed etiam ob alias causas, de quibus infra tractabimus. Si autem ob alias causas potest remittere denuntiationes, alioquin facienda ante consummationem Matrimonii: etiam ob eandem poterit remittere denuntiationes, faciendas ante contractum Matrimonii; cum non sit major ratio de illis, quam de his.

88. *Proposus ex*

Atque sic intelligi Decretum Tridentinum, quae extant apud Farinacium pag. 269. Prima: Episcopus ob vicinitatem temporis, quo prohibita sunt nuptiae, remittere potest aliquas denuntiationes secundum prudentiam suam & iudicium. Secunda: Episcopus potest post Matrimonium contractum ante illius consummationem, si ita expedire iudicaverit, secundum prudentiam suam & iudicium ex aliqua causa arbitrio suo remittere denuntiationes, etiam si non sit suspicio, quod Matrimonium malitiose impediatur. Tertia: Non solum ex causis hic expressis possunt denuntiationes omitti, sed alius etiam arbitrio Ordinarii, qui illas remittere potest, etiam post Matrimonium contractum, & ante illius consummationem. Quarta: Praeter causas, hic a Concilio expressas super omissione denuntiationum, etiam aliae sunt sufficientes secundum Ordinarii prudentiam atque iudicium. De his causis, sicut statim dixi, inferius tractabimus.

89. *Primum nomine*

Prius examinemus & dispiciamus, quem Concilium Tridentinum nomine Ordinarii intellexerit. Et quidem Episcopum intellexisse, non est dubium; sed dubitatur, an praeter Episcopum, etiam Vicarium generalem Episcopi, & omnes illos, qui habent jurisdictionem quasi Episcopalem. Conclusio affirmat, hos etiam intellexisse, quam docet Sanchez sup. disp. 7. n. 3. & 10.

90. *Unica ratio*

Unica ratio est: quia hi omnes intelliguntur nomine Ordinarii, dum Tridentinum eod. cap. immediate post verba, sup. allegata, ait: *Qui aliter, quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi vel Ordinarii licentia &c. ut suo loco ostendimus, ergo etiam omnes illi intelliguntur nomine Ordinarii, quando immediate ante dicit: Nisi Ordinarius ipse &c.* Quae enim ratio potest assignari tantae aequivocationis, ut in uno loco significet solum Episcopum privatim; in alio autem omnes habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nec non Vicarium generalem Episcopi? Ego certe nullam video.

91. *Sed in contrarium*

Sed in contrarium esse videtur (inquit Pontius sup. cap. 31. n. 3.) Declaratio Cardinalium, quae sic habet: *Non permittitur haec facultas Commendatario, licet ejus Abba-*

...ia jura Episcopalia habeat, cuius Abbas appellacione Ordinarii venit, juxta Gloss. in cap. fin. de Offic. Ord. in 6. Dixit enim sanctissimus Dominus noster; quod Ordinarius hic non intelligitur nisi Episcopus: tamen Cardinali Farnefio Farcentis Monasterii Commendatario fuit permittum, non autem ejus Vicario. Quare ego non dubito juxta Cardinalium Declarationem hanc potestatem solis Episcopis jure Tridentino concessam, & non his, qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent, ut Abbatibus, aut Vicariis S. Joannis, vel similibus. Haec ille.

At quaero ego a Pontio: Talis Commendatarius habet jurisdictionem quasi Episcopalem? Talis Commendatarius potest assistere Matrimonio, & alteri Sacerdoti dare licentiam assistendi? Respondet eod. lib. cap. 10. num. 13. extat de hoc Decisio Congreg. Card. quae apud Farinacium fess. 24. Concilii Trid. c. 1. de Refor. Matr. his verbis concepta est: *Non permittitur &c. ut sup. Ex quibus discet, neque ejus Vicarium, quamvis Commendatario specialiter a Sede Apostolica concessum fuerit, nisi expresse etiam eidem Vicario Apostolica Sedes concesserit. Ita Basilios.*

Quaero rursus ab eo: Qui habet potestatem quasi Episcopalem, potest de jure assistere Matrimonio, & alteri Sacerdoti dare licentiam assistendi? Audi quid respondeat eod. cap. num. 2. Ordinarii nomine in praedicto Decreto Tridentini (irritante Matrimonium contractum sine Parocho) intelligimus omnes eos, qui ordinariam potestatem habent Episcopalem, & quasi Episcopalem.

Ex quo inferit num. 5. Abbates Ecclesiae exemptae, id est, nullo Episcopo subjectae, & interesse Matrimonio posse, & aliis licentiam concedere; habent enim auctoritatem ordinariam, & quasi Episcopalem, ut docent DD. omnes in cap. Joannes, de Test. & ibi Covarr. num. 1. Unde quae ab Episcopis & Ordinariis fieri possunt in his, quae ad jurisdictionem spectant, etiam ab illis. Haec ille.

Ubi, ut vides, concedit Abbatibus, qui habent potestatem quasi Episcopalem, de jure posse interesse Matrimonio, & aliis licentiam concedere, quod tamen negat Commendatario Abbatis, quae jura Episcopalia habeat. Ergo vel talis Commendatarius non habet potestatem quasi Episcopalem, vel Abbates non possunt assistere Matrimonio, & aliis licentiam dare, tametsi habeant eam potestatem. Cur enim ea potestas quasi Episcopalis, majorem effectum habeat in Abbatibus, quam in talibus Commendatariis?

91. *Commendatarius de jure non potest assistere Matrimonio, juxta Pontium.*

92. *Qui habet potestatem quasi Episcopalem potest assistere juxta eundem Auctorem.*

Covarr.

93. *Expeditur, hac doctrina.*



94. Ex d. Decl. non redde colligitur Abbates non posse remittere denuntiationes.

Omnes illi possunt remittere qui habent potestatem Episcopalem aut quasi, etiam Vicarii generales.

Oppositum docet Pontius de Vicariis. Probat ex Declar. Card. Henriquez Riccius.

Item ex Concilio Toletano, & Mediolani.

96. Tertia probatio.

97. Nostram sententiam tenet Sanchez, & probat tripliciter.

Resp. Pontii ad 1. probationem.

Et quâ specie veritatis ex illa Declaratione Cardinal. quam Pontius adducit, ad probandum talem Commendatarium non posse de jure assistere Matrimonio, neque posse de jure dispensare in denuntiationibus, quo, inquam, fundamento colligit, Abbates non posse de jure dispensare in denuntiationibus; esto possint de jure assistere Matrimonio?

Igitur, non obstante illa Declaratione, de qua hodie (quod sciam) non constat authenticè, persisto in Conclusione, & dico: omnes illos posse remittere denuntiationes, qui habent potestatem Episcopalem, vel quasi Episcopalem, sive omnes illos, qui tanquam Ordinarii possunt assistere Matrimonio, & aliis dare licentiam assistendi; ac proinde etiam Vicarios generales Episcopi, quidquid in contrarium doceat Pontius sup. c. 3. num. 5.

Ego (inquit ille) existimo, non intelligi Vicarium generalem (sub nomine Ordinarii) & ita illum non posse has denuntiationes remittere, nisi specialiter committatur. Docet Henriquez lib. 11. de Matr. c. 5. n. 5. qui & testatur sic declarasse Card. Congregationem. Sequuntur etiam multi Alii quos refert Riccius in praxi Decis. 259.

Favet huic intelligentiæ Concilii, quod Toletanum congregatum anno 1583. sic fenserit intelligi Concil. Tridentinum; & Patres Concilii Mediolanensis sæpè cit. sic habent: *Illas vero denuntiationes ab Episcopo, cum præsens in urbe vel diœcesi adest, solum remitti deinceps liceat, ab alio præterea nemine ac ne à Vicario quidem generali, nisi aliud Episcopus judicaverit, attentis à sui Vicarii qualitate & prudentiâ.* Hactenus Pontius.

Adde: quod in generali commissione Vicariatus non clauditur dispensandi potestas, ut docet Gloss. c. *Quæ de causa* 2. q. 5. verb. *Quidquid*, ibi: *Item est hic arg. quod generalis mandato dispensatio delegatur. Arg. contra, extra de Offic. deleg. Quod translationem: cum enim dispensatio habeatur instar restitutionis in integrum, & restitutio in integrum non delegatur per generale mandatum, ut ff. de Min. Illud, ergo nec dispensatio.*

Nostram tamen sententiam docet Sanchez sup. disp. 7. n. 10 & probat; quia Concilium remissionem denuntiationum concedit Ordinatio, sub quo venit Vicarius Generalis in Decreto irritante; ergo etiam hic. Præterea: ante Tridentinum poterat ex generali consuetudine dispensare; non autem reperitur Concilium Tridentinum id ei negare, sed potius concedere. Tandem: quia quando Concilium excludere voluit Vicarium, id expressit, ut sess. 24. c. 6. de Refor. ibi: *Et non eorum Vicariis.*

Sed quid ad hæc Pontius? Primum, inquit, non obstat; quia hic habemus jus no-

rum, à Tridentino constitutum, cuius Declaratio pertinet ad Congregationem Cardinalium, quæ declaravit in hoc casu non intelligi Vicarium. Et licet non expresserit Concilium, in hoc casu non intelligi Vicarium, expressit tamen Cardinales Congregatio.

Respondeo de illa Declaratione Cardinalium non constat (quod sciam) authenticè post Urbanum 8. præteritum cum Henriquez, nec Pontius, citent ejus verbum, quod neque apud Farinacium, neque apud Rebellen inveniatur; alioquin Pontius verba citasset, sicut solet verba auctoritatis declarationum, quæ apud illos Auctores inveniuntur, citare.

Potuisse ergo Pontius hic respondere illam Declarationem, quod c. 30. n. 6. respondit ad similem Declarationem, sicut ex Segura productam: Ego quidem de veritate Declarationem Cardinalium, contra opinionem acquiescerem. Cæterum in Segura in his, quas ediderunt Farinacius, & Rebellen. Alioqui cur magis Pontius Declarationi, sine verbis auctoritatis Henriquez, quàm Declarationi, in reductæ à Sanchio?

Quantùm ad Concilia, que citantur, illa sunt Provincialia, quæ non possunt generaliter Vicarium Episcopi potestatem conferre, juxta plurimorum sententiam eia. Tridentino concessam Deinde non producuntur verba Concilii Toletani, quoniam quod Pontius ea propriis oculis non legit.

Et verò nec ipse Pontius in omnibus sequitur Concilium Mediolanense: nam c. 3. n. 1. sic ait: *An autem et alia causa, quam ea, quæ jure exprimitur, remitti denuntiationis possit, dubium est.* Concilium Mediolanense de Sponsal. c. 4. non aliam agnoscit ibi: *Eas autem denuntiationes, ne alia ex parte remittere Parochis liceat, nisi per concessu, idque in causis jure permittitur idem habet c. 2.* At longè verius inquit hic Auctor, posse etiam denuntiationes remitti ex aliis causis.

Unicum ergo fundamentum Pontii in illa Declaratio ab Henriquez citata, hæc professione verborum, de qua Declaratio producta dixi, hodie non constat (quod sciam) authenticè; & idèd eam non sequimur, quia Sanchez & alii, quos ipse ibi citat, dicunt per Ordinarium in casu proposito non intelligi solum Episcopum, sed etiam ejus Vicarium generalem; prout etiam docet Concilium disp. 27. n. 55. Riccius Decis. 259. Pontius disp. 2. sect. 3. n. 4. Gutierrez c. 56. n. 1. quos citat & sequitur Dicalillo disp. 3. n. 249.

Ratio est, inquit ille; quia Vicarius Ordinarius, & idem tribunal cum Episcopo

Bibliotheca Sacra

constituit, censeturque quasi una persona. Unde licet concedamus duo, quæ Adversarii obijciunt: primum, id, quod refertur in Declaratione Congregationis Cardin. apud Rebellum q. 7. n. 22. Pontificem scilicet declarasse, nomine Ordinarii intelligi Episcopum. Secundum, quod in generali commissione Vicariatus, non claudatur potestas dispensandi; adhuc in nostro casu concedendum est, posse dispensare: quia licet Pontifex dixerit, nomine Ordinarii intelligi Episcopum, non excludendus est Vicarius; quia censetur una persona, & tribunal cum ipso. Et quamvis in ejus commissione generali, non includatur potestas dispensandi (de quo nunc non disputo) tamen satis est, quod Concilium Ordinario commiserit facultatem dispensandi, & quod nomine Ordinarii intelligatur Vicarius, juxta cap. Romana, de Appel. in 6. Hæc ille.

Eandem sententiam amplectitur Aversa q. 7. lect. 2. Superior verò. Item Herinx sup. n. 38. ubi sic ait: Nominè porrò Ordinarii, intelligitur hic quoque Vicarius generalis Episcopi; qui proinde dispensare potest in bannis, etiam per delegatum.

Sed de hac particula: *Etiã per delegatum*, est specialis difficultas: quidam enim apud Sanchez sup. disp. 7. n. 18. negant, etiam Episcopum posse delegare hanc facultatem Vicario generali. Et probant; quia dum eligitur personæ industria, ad aliquod munus obeundum, id delegari nequit, cap. fin. de Offic. Delegati, §. *Is autem, cui injungitur, ut personaliter negotium exequatur, potest (dummodo partes consentiant) hoc aliis delegare. Præterquam, si inquisitionem fieri, vel Ecclesiis de Prælati, vel aliis Ministris provideri mandavimus: cum in his omnibus casibus industriam & fidem personæ, cui talia committimus eligere videamur.*

Idem dicitur cap. *Is cui*, 12. eod. in 6. ibi: *Si non expressa certa persona committatur eadem, ut alicui personæ idoneæ de certa Ecclesia vel beneficio debeat providere: quia circa eligendam personam ejus industria tunc videtur electa, provisionem sibi commissam, alteri demandare non potest &c.* In hac autem dispensatione eligitur industria Episcopi.

Quod duplici medio constat. Alterum est; quia Tridentinum sess. 24. cap. 1. de Matr. judicio & prudentiæ Ordinarii id relinquit, per quæ verba, videtur de persona Episcopi, tanquam Pastoris proprii confidere, & ita ejus industriam eligere. Alterum verò est; quia quoties negotium commissum arduum est, censetur electa personæ industria, ut constat ex d. cap. *Is cui*, ubi nullum est verbum denotans personæ industriam eligi; sed ex gravitate commissæ rei, dicit Pontifex eam eligi. Cum ergo dispen-

sare in denuntiationibus, res valdè ardua sit, censetur electa industria personæ; & proinde nequibit Episcopus delegare.

Verius tamen credo, inquit Sanchez sup. n. 20. posse Episcopum generaliter hanc facultatem delegare: quia jure ordinario sibi competit, cum concedatur à Tridentino dict. c. 1. indistinctè omnibus Ordinariis in perpetuum.

Nec ratio contraria relata n. 18. aliquid probat: non enim universaliter verum est, eligi personæ industriam, ubi negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicujus: fallit enim, quando delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, ut Prælati præsentibus & futuris, prout hic contingit. Hæc ille.

Et n. 21. idem docet de Vicario generali, quia est Ordinarius: & quamvis, inquit, non possit alium Vicarium instituire, ut constat ex cap. Clericos, de Offic. Vicarii; at potest unam vel plures causas delegare, ut docet Gloss. c. 1. de Offic. Vic. in 6. verb. *Ipsius*, ibi: *Nec putes, quod Officialis alium Officialem generalem dare possit ... licet specialem causam delegare possit, & etiam plures.*

Hanc sententiam, quod ad Episcopum attinet, sequitur Pontius sup. cap. 31. n. 8. dicens: *Quamvis autem jure Tridentini Episcopo tantum concedatur (potestas dispensandi in denuntiationibus) attamen non ita, ut delegare non possit. Quare potest Vicario suo generali committere, & etiam aliis, ut rectè docet & probat Sanchez d. lib. 3. disp. 7. n. 20. tum, quia in hoc non est electa industria Episcopi, cum ad munus demandatum personis incertis, ignotis & tam præsentibus quam futuris, ut docet cum nonnullis idem Thomas ibidem. Tum etiam; quia potestas hæc data Episcopo per Concilium, cum sit perpetuò adjuncta Sedi Episcopali, est ordinaria. Hæc ille.*

Qui ibidem n. 2. sic ait: Ex quo Decreto (Tridentini) habemus, in primis, denuntiationes non posse omitti; neque omnes, neque unam autoritate Parochi, expressè enim Concilium inquit: *Nisi Ordinarius ipse &c.* Ergo non conceditur Parocho arbitrium omittendi; ad id enim eligitur industria personæ, cum dicat etiam Concilium id relinqui judicio & prudentiæ Ordinarii; Parochi autem magna ex parte sunt ignari & imprudentes. Ita Pontius, sibi ipsi (ut videtur) in eodem cap. contrarius. Nam n. 2. eligitur industria personæ, & n. 8. non est electa industria Episcopi. Expectabo conciliationem à doctioribus.

Interim peto; an Episcopus possit limitare potestatem sui Vicarii: ita ut manens Vicarius generalis, nequeat dispensare? Affirmat Sanchez sup. n. 13. dicens: Tandem

D d d d 3 in

104. Episcopus potest eam generaliter delegare, ex Sanchez.

Resp. ad rationem contrariam.

105. Idem docet Sanchez de Vicario generali.

Sanctium sequitur Pontius quantum ad Episcopos.

106. Negat autem Parochi hanc potestatem.

107. An Episcopus possit limitare po.

C. 1. de Appell. in 6.

102. An Episcopus possit delegare hanc facultatem Vicario generali.

C. 12. eod. in 6.

103. In hoc dispensatione videtur eligi industria personæ.

restatem sui Vicarii Affirma: Sanchez cum Gutierrez.

108. Probatur Vicarium posse dispensare abque speciali mandato, ex Gutierrez.

109. Pontius impugnat sententiam Sanchez.

110. Dicastillo existimat sententiam Sanchez veram propter praxim.

sed difficilem ex ratione.

intelligenda est hæc sententia: nisi Episcopus facultatem dispensandi in denuntiacionibus sibi reservaret: tunc enim non posset Vicarius generalis Episcopi. Sicut enim potest Episcopus totum officium revocare, ita & partem. Sic Gutier. Canon. qq. lib. 1. cap. 19. num. 15. ubi sic scribit.

Tertio (probatur Vicarium generalem posse dispensare abque speciali mandato) quia Concilium in hac parte non utitur verbo, *Dispensandi*; sed verbo, *Remittantur*, deferendo Ordinario, ut si ipse expedire iudicaverit, possit remittere prædictas denuntiaciones; sicque cessant supra in contrarium adducta circa materiam dispensationis, in qua possent jure procedere: non verò convenire videntur in proposito, cum diversa inter se videantur dispensare & remittere.

Præterea: etsi Concilium loqueretur per verbum, *Dispensandi*, cum tamen facultatem tribuat Ordinario id faciendi, non verò solis Episcopis, eorum Vicarii generales id facere possent ratione suæ jurisdictionis ordinariæ, cui hoc tribuitur, nisi Episcopus hoc sibi soli specialiter reservaverit; tunc enim ipse Provisor seu Vicarius generalis id facere minimè poterit. Hæc ille.

Sed ista limitatio non probatur Pontio sup. n. 7. Et (inquit ille) nisi valde fallor, sententiam ipsam, quam sequitur (Sanchez) evertit. Si enim Vicarius eo ipso quò Vicarius constituitur, habet à Tridentino potestatem denuntiaciones remittendi, non posset per Episcopum tolli; sicut quàmvis resistat & contradicat Episcopus, non potest tollere Parocho licentiam assistendi Matrimonio, neque potestatem concedendi alteri licentiam. Quod ergo Episcopus denegare potest Vicario, cui generalem administrationem commisit, signum est, non esse illi concessum à Concilio eo ipso, quòd Vicarius est. Inferior enim contra legem Superioris nihil potest, cap. *Inferior*, de Major. & obed. Hæc ille.

Et Dicastillo sup. n. 251. sic ait: Sed quod diximus de Vicario, intelligendum est, ut Sanchez vult. n. 13. cum Gutierrez l. 1. qq. Canon. c. 19. n. 15. nisi Episcopus sibi reservaverit. Quod quàmvis verum putem, propter praxim sic declarantem (audio enim quòd in aliquibus dioccesibus sibi reservaverint Episcopi) & propter DD. autoritatem, & non improbabilem rationem, quæ utitur Sanchez, scilicet, quòd sicut Episcopus potest reservare totum officium, potest & partem; tamen si præcisè ratione agamus, difficultate non caret hæc doctrina, juxta ea, quæ diximus sup. dub. 12. agentes de Parocho delegato, & de Parocho amovibili ad nutum Episcopi, in ordine ad assistendum Matrimonio, & conferendam facultatem ad assistendum, & quæ dub. 13. diximus, posse sci-

licet validè dare eam facultatem, vel assistere per se; neque eam potestatem limitari potest à Superiore, saltem quantum ad valentiam quia eo ipso, quòd ille Parochus est, habet potestatem sibi concessam à Tridentino, & quæ adeò non poterit ab aliquo Superiore minore restringi, ita ut licet sit in potestate delegantis, illum Parochum non potest amovere, vel ad nutum amovibilem, ab officio, si tamen illum in officio retinere non possit Episcopus facere, quòd sit chus & ejus assensum vel licentiam ostendendum, non valeat; quia hæc à Tridentino accipit eo ipso, quòd Parochus est.

Sic ergo in nostro casu, licet sit in potestate Episcopi non dare officium Vicario cui; si tamen illi dat officium Vicarii generalis, ita ut absolute censetur, & sit Vicarius, atque adeò Ordinarius respectu personæ & tribunalis cum Episcopo, non potestur posse impedire facultatem, quam Vicarius tanquam Ordinarius accepit, quòd Ordinarius est, datam non directè immèdiatè ab Episcopo, sed tanquam supposito quòd sit constitutus Vicarius.

Neque est eadem ratio de potestatem, quæ accepit ab Episcopo; illam enim licentiam non potest à se collatam, directè potestatem, sed illius partem auferre potest. Hæc verò de qua agimus, sicuti non ab Episcopo, sed à Concilio conferretur, supposito quòd sit Ordinarius, non poterit ab Episcopo tolli, ut minui directè, relinquendo illum in hæc Ordinarii; solumque indirectè poterit, deponendo ab officio, vel quòd idem est, ita restringendo officium, ut merito non censetur Vicarius generalis, sed foraneus, ut instar foranei. Hucusque Dicastillo.

Rogas; quid sentiendum de his foraneis & non designatis ad universitatem vicariorum? Respondet idem Auctor, cum mihi placet quòd ipse Sanchez docet, cum Gutierrez & Rodriguez, quod hæc facultatem abque speciali potestatem, quia non Ordinarii, sed à potestatem causas delegati sunt? Hæc ille Episcopus. Omnibus itaque consideratis, respondeo: estimare: Episcopum non potest denotare illam potestatem; eo semper sit, ut velit instituire Vicarium generalem, quæ reverà sit & permaneat Ordinarius.

Quantum ad praxim, illa non est generalis, & qui sic practicant, sequuntur sententiam Sanchez; & fortè etiam sententiam Pontii, scilicet Vicarium Generalem à Tridentino non habere illam potestatem, tantum ex commissione expressa vel tacita Episcopi; quæ possit aliquibus videri ab Episcopo, quando Episcopus generaliter committit omnes causas suo Vicario, nullam in particulari excipiendo; quando autem expressè

refervat sibi dictam potestatem dispensandi, nimis manifestum est, tunc Vicarium generale neque expressam, neque tacitam habere commissionem dispensandi.

Porro ad rationem Sanchez, responderetur; sicut Episcopus potest totum officium revocare, ita & partem; sed revocando partem, revocat totum, cum totum non sit aliud, quam omnes partes; adeoque revocando partem, jam non manet amplius Vicarius generalis; & ita non mirum, si non possit amplius dispensare in denuntiationibus, quia illa potestas non datur a Concilio, nisi Ordinatio, sub quo comprehenditur Vicarius generalis, non autem Vicarius particularis seu foraneus.

114. Arguitur pro sententia Sanchez. Debet ergo probare Sanchez; quod revocando illam partem, adhuc maneat Vicarius generalis, quod ibi non probat, quamvis videatur supponere. Posset autem probari ex eo, quod habet lib. 3. disp. 32. in fine, ubi respondens ad hoc argumentum: Parochus delegatus, cui est interdictum, dare licentiam Sacerdotibus non approbatis ab Episcopo, non est delegatus ad universitatem causarum, cum causa illa sibi reservata sit: ergo non potest eam licentiam subdelegare; respondens, inquam, ad hoc argumentum, ait: Ad ultimum nego, non esse delegatum ad universitatem causarum; reservatio enim unus vel alterius causae, id non tollit, ut si reservet Episcopus Parocho aliquot peccata. Ergo similiter dici posset, nequam oblatre Vicariati generali, quod Episcopus reservet sibi dispensationem in Bannis seu Denuntiationibus.

115. Respondet disparitatem esse; quod reservatio casuum expressè concedatur Episcopis, aut certè declaratur per Concilium Tridentinum sess. 15. c. 7. competere Episcopis, ibi: Neque dubitandum est, quando omnia, quae à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc etiam Episcopis omnibus in sua cuique diocesi, in additionem tamen, non in destructionem liceat &c. Nuptiam autem lego, Episcopos posse à Vicariis generalibus auferre potestatem dispensandi in Bannis, sibi concessam per Concilium Tridentinum. Si autem aliqua sint, quae Vicariis generalibus competant ex concessione solius Episcopi, & non vi juris communis, aut Concilii alicujus generalis, proculdubio ea tollere potest Episcopus, manente officio Vicarii generalis; quia illa solum per accidens ei connexa sunt.

116. Sed contra, dicit aliquis: supra probatum fuit ex Glossa c. Quae de causa, 2. q. 5. quod generali mandato dispensatio non delegetur. Respondet Sanchez supra disp. 7. num. 14. Quamvis ex generali commissione Vicariatus non possit dispensare in omnibus, in quibus potest Episcopus; posse tamen in casibus,

quorum dispensationem jus committit Ordinario.

Deinde responderi posset cum Gutierrez *Alia solutio* sup. Concilium non uti verbo, *Dispensandi*, ex Gutierrez. sed, *Remittendi*; videntur autem illi Auctori diversa inter se, dispensare & remittere. Sed non ostendit, in quo consistat illa diversitas. Ego autem non video, in quo possit consistere, nisi in eo, quod dispensatio sit actus jurisdictionis, secus remissio, quae solum esset iudicium Ordinarii de causa sufficiente, omittendi denuntiationes, quo iudicio posito, ipse Pontifex conferetur jus istud Concilii generalis in particulari casu relaxare.

Sed hoc gratis videtur dici, sine fundamento aliquo in jure civili, aut Canonico; & perinde videtur esse quoad praxim, sive dixeris remissionem, sive dispensationem, & aequalis requiritur causa. Sed quae illa? Jam edissero.

117. Rejicitur!

CONCLUSIO VI.

Ex variis causis dispensat Ordinarius in denuntiationibus. Una ex illis est: Si supponantur partes liberae ab impedimento.

Suppono ex Tractatu de Legibus, dispensationem in lege Superioris sine justa causa, non solum esse illicitam, sed etiam invalidam; cum enim inferior non possit dispensare, nisi quatenus id ei concessum fuerit à Superiore, neque usquam inveniatur ei concessum, ut sine causa dispense, si id facit, nihil facit; quia excedit limites potestatis suae. Quod magis verum est, si nec ipse Superior possit in propria lege valide dispensare sine justa causa.

118. Dispensatio in lege Superioris sine causa est in valida.

Cum igitur lex denuntiationum sit lex Superioris, quoniam lex Concilii generalis, non solum illicitè sed etiam invalidè dispensabit in ea Ordinarius absque justa causa; quia excedit limites potestatis suae: siquidem Concilium remissionem denuntiationum non relinquit liberae voluntati Ordinarii, sed iudicio & prudentiae ejus, ibi: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut praedictae denuntiationes remittantur, quod illius prudentiae & iudicio sancta Synodus relinquit.*

Invalide dispensatur in denuntiationibus sine justa causa.

Quae utique verba arbitrium prudentiale & ratione regulatum important, ut bene docet Gutierrez lib. 1. qq. Canon. c. 19. n. 7. dicens: Praeterea: quamvis Concilium hoc relinquat iudicio & prudentiae Ordinarii, nihilominus haec prudentia atque iudicium, arbitrium boni viri significat. Et n. 12. sic ait: Poterit igitur Episcopus ex aliqua ratione justa, sibi tantum cognita, praedictas denuntiationes remittere, & ita sit saepissimè.

119. Probatio de sumpta ex verbis Trid. Gutierrez.

Caveat

Caveat tamen omnino, ne sine aliqua iusta causa id faciat, etiam si suo arbitrio id sit commissum; quandoquidem, ut prædicebamus, de arbitrio boni viri intelligitur, atque idem iure, ratione & æquitate hac in re uti debeat: & præterea hoc significant verba illa: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit &c.*

Aliàs enim, si ad libitum, absolute, & sine causa id facere posset, non esset arbitrium nec iudicium juris, ratione regulatum, sed potius libera voluntas; & frustra diceret Concilium: *Nisi Ordinarius ipse &c.* Præterea; non esset bona prudentia, nec iudicium ratione regulatum, remittere absque ulla causa prædictas monitiones, cum tamen Concilium prudentiæ & iudicio Ordinarii hoc relinquit: significant profecto verba hæc atque aperte insinuant, ratione uti debere in hoc Ordinarium, aliàs non esset opus ejus prudentia, sed tantum liberæ voluntati relinqueret sufficeret.

120. *Peccat dispensans sine causa,*  
Causa igitur rationabilis movere debet Ordinarium, ut hoc faciat, aliàs peccabit, quamvis Matrimonium teneat. Sæpe enim remissionem harum denuntiationum à contrahere volentibus petitur, ut impedimentum forsan aliquod existens non detegatur, impediens Matrimonium contrahendum, non tamen dirimens jam contractum; nempe aliorum sponsaliorum de futuro, voti simplicis castitatis & similia. Hoc namque ipsi occultant Ordinario, commentitiam aliquam causam eidem præ oculis adducentes, ut eum ad remissionem præfatam invitent atque inducant Huculque Gutierrez. Quem sequitur Sanchez supra disp. 8. n. 1.

121. *Idque gravius. Vnde etiam contrahentes eam dispensatione utendo. Sanchez.*  
Et exinde inferit n. 2. Episcopum dispensantem absque legitima causa, peccare lethaliter; quia est materia gravis. Addo ego; etiam lethaliter peccare sic contrahentes, dummodo probè sciant, Episcopum sine causa dispensasse; est & ipsi dispensationem non petissent; quia dispensatio, sicut dixi, non solum est illicita, sed etiam invalida; atque adeò contrahunt perinde, ac si non foret dispensatum. Alioquin si valeret dispensatio, jam non peccarent eam utendo, tametsi peccassent, eam scienter impetrando.

122. *Quid si valens dispensatio? Non peccant eam utendo.*  
Nam in primis, non peccant contra legem; quia supponitur obligatio ablata per validam dispensationem; nec etiam contra obedientiam, quoniam non agunt contra voluntatem Superioris, ut patet; sed neque peccant, cooperando peccato Superioris, puta, illicitæ dispensationi; quippe hæc, quanta quanta est, præcedit Matrimonium, quod omnis denuntiationibus contrahitur. In quo ergo, sive contra quam legem sic contrahentes peccarent?

An fortè, quia discordant à toto in tali

opere? Sed etiam discordantia est in oblatione, ut supponitur; adeoque non apparet unde oriatur obligatio ad uniformitatem opere, cum sit difformitas in obligatione.

Deinde quaero, cupis speciei foret illa licita? Non iniustitia, sicut est in Superioribus huic enim ex officio incumbit procurandum uniformitatem, non autem contrarium. Neque etiam contra charitatem, sed solummodo scandalo, ut patet. Quamvis ergo Ordinarius peccet, non revocando dispensationem, cum possit illam revocare, & ex officio neatur; haud equidem peccat contrahens non renuntiando dispensationi; quia non possent id facere, non tamen ex officio renuntent. Licet ergo peccassent, peccatum dispensationem sine causa, non tamen teneatur continuare illud peccatum, nec illi dispensatione; cum, ut dictum est, non peccassent, non teneantur tamen illi dispensationem renuntiare.

Dico ergo rursum (quoniam in huiusmodi & aliis Auctoribus id non tenentur dispensationem in casu proposito non esse illicitam, sed etiam in validis, quoniam in lege Superioris sine iusta causa, non contrahentes nequeunt eam uti.

Si obijciatur: in generali concessione potestatis dispensandi, censetur inclusa potestas dispensandi sine causa; sic enim qui dispensat in præcepto jejuniis, censetur dispensare etiam in illis circumstantiis, in quibus alter peccat, v. g. comedendo cibos insanitiosos. Ergo similiter qui dat licentiam dispensandi, etiam dat licentiam dispensandi sine causa.

Respondetur (quodquid sit de illo exemplo, quod forte potest negari, ut Reg. 8. de Reg. juris in 6. In genere alii concessione veniunt ea, quæ non sunt veriisimilia, cessurus) neg. Consequentiam. Doctores disparitatis: quia in casu concessione peccatum dispensantis sine iusta causa, non retur Superiori, qui dedisset potestatem talem actum illicitum; non censetur Superior velle peccare, nisi id expressè stet; at verò in alio exemplo non impetratur peccatum Superiori dispensanti; quia tunc ille, quatenus fit ex dispensatione Superioris, non est illicitus; sed ex alia circumstantia, in qua non potest, & per consequens non censetur Superior velle dispensare. At verò in casu nostro actus foret illicitus, propterea quatenus procedit ex concessione Superioris; nam seclusà illa concessione, nihil non posset dispensare. In exemplo autem jejuniis, posset quis comedere cibos insanitiosos, tametsi Superior non dispensasset in jejuniis.

Unde peccatum, quod hic committitur, non est contra præceptum Ecclesiæ; sed contra

B O  
Sac  
part  
L A

contra propriam charitatem, ex mera malitia comedentis conjunctum sumptioni secundæ refectionis, in qua Superior dispensavit. Ac proinde illud peccatum nullatenus debet imputari dispensanti. Porro in casu nostro, peccatum, quod committitur, directè opponitur præcepto dispensationis, adedque concedens potestatem dispensandi, non censetur velle dare potestatem ad talem dispensationem.

116. Quod magis verum est in mea sententia, quæ docet, dispensationem sine justa causa, etiam in lege propria, aut inferioris, esse invalidam; adedque dans potestatem dispensandi, non censetur dare potestatem dispensandi sine justa causa, cum nec ipse eam habeat. Quippe dispensatio sine justa causa, non est dispensatio propriè loquendo, sed potius dissipatio, juxta illud D. Ber. l. 3. de Consider. c. 4. *Cum nihil horum est (enumeraverat causas justas) non planè dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

Nec potest esse dubium de hac veritate in casu proposito: nam Concilium, ut ostendimus ex ejus verbis, non concedit Ordinario potestatem remittendi denuntiationes, nisi ex justa causa; cum autem aliud non habeat potestatem remittendi, sequitur, remissionem aliter factam, non solum esse illicitam, sed etiam invalidam.

117. Major difficultas est: an ad valorem requiratur cognitio justæ causæ. Duplex autem potest esse cognitio; alia judicialis, id est, ut secundum ordinem juris de illa inquiretur, & ea probetur; alia extrajudicialis, id est, cognitio causæ, quæ in re sufficiens sit, quæcumque viâ seu diligentia adhibita.

Profectò dispensationem posse esse validam, sine causæ cognitione, dummodò reverà justa causa subsit, probari videtur ex eo; quod, neque ex natura rei, neque ex jure positivo, plus requiratur ad validam dispensationem, quam potestas dispensantis, voluntas dispensandi, & justitia causæ. Hæc autem tria possunt esse sine causæ cognitione; ergo potest dispensatio esse valida sine causæ cognitione. Atque hanc sententiam docet Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 11. tanquam probabilior.

118. Nec obstat locus Tridentini seff. 25. de Reform. c. 18. ibi: *Quapropter sciant universi, sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit indistinctè observandos. Quod si argens justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum esse, id causâ cognita, ac summa maturitate, atque gratis a quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum; aliterque facta dispensatio, subreptitia censetur.*

Hic, inquam, locus non obstat; quia, ut benè notat Sanchez sup. æquè loquitur de Papa ac de inferioribus, cum tamen constet, dispensationem Papæ in jure humano absque causæ cognitione, validam esse. Loquitur ergo Concilium quoad fori externi præsumptionem, & ided dicit: *Subreptitia censetur.* Et non dicit, esse verè eam subreptitiam, sed præsumi impetratam per subreptionem. Hæc ille.

Ratio est: quia talis dispensatio saltem illicita est; non præsumitur autem peccatum Superioris. Et ided non præsumitur voluisse dispensare sine cognitione causæ. Ubi autem non est voluntas dispensandi, patet, quod non valeat dispensatio. Et idem dici potest, si dispensatio non fuerit gratis facta; videlicet, quàmvis à parte rei in foro conscientie possit esse valida, tamen in foro externo præsumi debere subreptitiam, defectu voluntatis dispensandi; qui præsumitur, ne alioquin præsumatur peccatum.

Monet ergo ibi Tridentinum Superiorem dispensantem, ut rectè & sine peccato fungatur officio suo; cum aliàs, dispensando sine cognitione causæ, exponat se periculo malè dispensandi, & consequenter peccandi; non autem præscribit formam substantialem, sine qua actus in conscientia non valeat; quia, sicut dictum est ex Sanchio, loquitur Concilium de dispensatione etiam Pontificia; quam tamen sine cognitione causæ factam, & factam non gratis, sed pro pretio, constat in foro conscientie esse validam. Requiritur ergo ista, tum ad evitandum peccatum, tum ad probandam iustitiam dispensationis in foro externo.

Alioqui sicuti valet lex temerè indicta, si reverà causa boni communis subsit, & valet electio sine examine causæ, si à parte rei electus erat dignus; ita etiam, per se loquendo, videtur valere dispensatio sine cognitione justæ causæ, si reverà justa causa subsit; tunc quippe habetur finis juris seu dispensationis, scilicet justitia causæ, quod videtur sufficere, ut valeat, quousque à Superiore revocetur; sicuti posset revocari, si Superior veller.

Atque ex his patet; quare potius censetur data potestas dispensandi, sive à Deo, sive ab hominibus, absque cognitione causæ, quàm sine causa; quàmvis enim in utroque casu dispensans peccet; equidem in uno casu obtinetur finis juris, in alio non; id est; in uno casu est justa dispensatio, qualis censetur commissa, quàmvis per accidens ex malitia dispensantis adjungatur peccatum; in alio autem casu non est justa dispensatio, sed potius dissipatio, quæ non censetur commissa; quia meritò committenti imputaretur, quoniam ex objecto suo mala est; dispensatio.

E e e e

*Diluitur.*

129.

*Talis dispensatio præsumitur subreptitia.*

*Explicatur Conc. Triid.*

130.

*Probatur à simili valere dispensationem valere.*

*Cur potius*

*detur potestas dispensandi sine cognitione causæ, quàm sine causa.*

penfatio autem ex iusta causa, sed ignorata, ex objecto suo bona.

131. In aliquo casu dispensatio sine cognitione causa est invalida, ex Sanchez.

Dixi consulto: Per se loquendo videtur valere dispensatio; quia oppositum verum est, quando per jus aliquod particulare expressè requiritur cognitio, tanquam forma dispensationis, seu conditio propriè dicta; v. g. si in litteris Pontificiis, quibus mandatur executio alicujus dispensationis, dicatur: *Dispensa, si per diligentem examinationem inveneris ita esse*, aut, *preces veritate nisi*: tunc quippe videtur non fore validam executionem dispensationis, quàmvis preces sint in se veræ, si Confessarius, non cognitâ sibi earum veritate, dispenfet. Ita docet Sanchez lib. 8. disp. 34. n. 26.

C. 2. de Rescriptis.

Secus foret, si solum diceretur: *Dispensa, si preces veritate nitantur*. Ratio disparitatis: quia hæc clausula jure communi intelligitur, ut patet ex cap. 2. de Rescriptis, ibi: *In ejusmodi litteris intelligenda est hæc clausula: Si preces veritate nitantur, etiam si non apponatur*. Expressio autem ejus, quod tacitè inest, eo modo, quo inest, nec formam nec conditionem importat.

132. Expressio ejus quod tacitè inest, nihil operatur, ex l. 3. ff. de Legatis I.

Proinde sicuti dum non exprimitur, valet dispensatio sine cognitione veritatis, si reverâ preces veritate nitantur, ita quoque dum exprimitur; nam expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur; arg. l. 3. ff. de Legatis I. *Hæc verba testatoris: Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, aut, si hæres erit Sejus, vel, si hæreditatem adierit, subjectum legatitium, vel fidei commissum, non faciunt conditionale*. At verò in priori casu, cū alio modo expressio fiat, quàm jure inerat, clausula illa inducit formam & conditionem. Jure enim tantum inest: *Si preces veritate nitantur*; at in casu illo additur: *Si per diligentem examinationem inveneris ita esse, vel, preces veritate nisi*.

Dispensatio Ordinarii in hamis sine cognitione causa non valet.

Sed quorsum hæc omnia? Ut intelligamus, dispensationem Ordinarii in denuntiationibus sine cognitione justæ causæ, non solum esse illicitam, sed etiam invalidam, quippe judicium prudentiæ hic exprimitur, quod de jure non inerat; adeoque videtur clausula illa: *Quod illius prudentiæ & judicio &c. inducere formam & conditionem, & per consequens non valere dispensationem, Nisi Ordinarius prudenter judicet, subesse causam sufficientem dispensandi; hoc autem non potest judicare, nisi causam cognoscat. Nunquid judicialiter? Patet, quòd non.*

133. Non requiritur cognitio judicialis. Sanchez.

Et idèd dicimus cum Sanchez lib. 3. disp. 8. n. 4. probabilis non requiri, etiam ad licitam dispensationem, cognitionem causæ judicialem, sed satis esse, si extrajudicialiter Ordinarius informetur, certiorque fiat de causis; sic quippe informatus & certioratus, poterit prudenter judicare, hic & nunc expedire, ut prædictæ denuntiationes remit-

tantur; aliud autem non requiritur à Concilio, ut patet ex illis verbis: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur* (sive ob suspensionem malitiosi impedimenti, sive ob aliam rationabilem causam) *quod illius prudentiæ & judicio* (seu conscientiæ; & judicium eam conscientiam idem sunt, scilicet mentis dictamen) *sancta Synodus relinquit*.

Sed quoties aliquid committitur conscientiæ & prudentiæ alicujus, non est necessaria probatio judicialis; arg. cap. 1. de Voto, ibi: *Quod conscientiæ vestrae ducem relinquendum*, Ubi Gloss. verb. *Conscientiæ vestrae*, citat multa jura ad hoc propozita. Et inter alia cap. *Nisi cum prius*, de Renunt. in fine, ibi: *Quia vero in populo credendum licentiam infirmitatis: ribi si daturus est, cedere oporteat: si propter aliquam causam & honestam in hujusmodi populo presbiteres, de licentia nostra cedat &c.*

Adde cap. *Statutum*, de *Beneficiis* ibi: *Assessorem autem, ut quoniam dicitur faciunt fraudulenter, nisi eo iudice, qui conscientiam relinquitur ejusdem, sine quacumque adjungat*. Ubi Gloss. verb. *Relinquitur*, inquit: *Per hoc verbum creditur quod per non possit referre questionem iudicis debet, saltem discendo, quòd assessore noster. Cum enim hoc conscientiam relinquitur ipsius, esse sicut dicitur hic, & nullus alius est iudex vel cognator.*

Quam Glossam approbat Philippus Francus, ibidem n. 6. hæc habet: *Ubi cum* que aliquid committitur conscientiæ alicujus, non est necessaria alia probatio judicialis, cum sufficiat probationem concludere solijudici, ex quo committitur conscientialis. Undè potest delegatus respectum expedire, prout sua conscientia dicitur.

Et Lapsus c. 2. de Juram. calum. in legatione 61. paulo post principia verba. *Item pro hac parte est, licet in aliqua causa committitur alicuius conscientiæ tuæ relinquitur, vel, removeris, pitis judicii, & denotatur arbitrium boni viri, nec requiritur cause cognitio, sed est simpliciter, & de plano, & extrajudicialiter informare se.*

Cum ergo Tridentinum remittat prudentiæ & judicio Ordinarii, an expediat in denuntiationibus dispensare, non expeditur judicialis probatio causæ, sed tantum privatim Ordinarius informari de causis. Et ita expressè videtur tenere Gonetius sup. in principio n. 12. Poterit igitur Episcopus ex aliqua ratione iusta, si sit tantum cognita, prædictas renuntiationes remittere, & ita sic sæpissimè. Ex in fine ejusdem n. sic ait. Ita ipse, tanquam Ordinarius Co-

Bibliotheca  
Sacra  
Paderborn

vitantis, nunquam remissi prædictas denuntiationes sine causa, sed cum aliqua rationabili allegata & testibus probata; nempe ea, quæ exprimitur à Concilio; vel alia iusta & rationabili in scriptis, & aliquando verbo. Hæc ille.

137. Porro cognitio oretenus accepta non est cognitio judicialis, quæ comparatur per citationem, & examen cum juramento, & scriptionem notarii, quæque à Plerisque negatur, in casu proposito esse necessaria; Nonnullis oppositum affirmantibus.

138. Primò; quia ubi lex aliquid faciendum ex causa præscribit, illa probanda est. Sed hoc intelligendum est, juxta Sanchium sup. num. 7. & Pontium lib. 5. c. 32. num. 5. nisi committatur arbitrio & conscientie judicis: ubi autem sic committitur, prout fit in præsentis casu, quàmvis necessaria causa sit, & ut ea nota sit dispensanti; non tamen est necessarium, ut ea judicialiter, siue cum forma & strepitu judiciali probetur.

Secundò probatur ex definitione dispensationis, quam tradit Gloss. in §. Nisi rigor, post cap. Requiritis, l. q. 7. Dispensatio est juris communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui jus habet dispensandi.

139. Respondet Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 11. hanc definitionem comprehendere, non solum, quæ de dispensationis essentia sunt; sed ea quoque, quæ desiderantur, ut sit licita. Deindè: per cognitionem causæ intelligi potest etiam cognitio extrajudicialis; hic autem quæritur, an requiratur cognitio judicialis, quod nullatenus probatur ex illa definitione, ut patet.

Nec obstat Tridentinum sess. 14. cap. 7. de Refor. ibi: Committatur (dispensatio) loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano seu viciniori Episcopo, qui non nisi causâ cognitâ, & probatis precibus ac narratis, nec aliter dispensare possit. Ut nec alius locus Tridentini, supra allegatus ex sess. 25. de Reform. cap. 18. ibi: Sciant universi, &c. quia hic, solum requiritur causæ cognitio: at ea cognitio satis est, ut sit extrajudicialis: ibi autem loquitur Tridentinum de speciali dispensatione in irregularitate homicidii, ad quam postulat, ut præcedat probatio precum: undè potius indè sumitur argumentum, in nostro casu non requiri, cum Tridentinum id non postulet, sed totum relinquat iudicio seu conscientie Ordinarii.

140. Probant 3. quia hæc dispensatio est pro utroque foro; ergo petit informationem causæ pro foro externo; aliàs non distaret inter eam, & dispensationem pro solo conscientie foro, cum hæc etiam occultam causæ cognitionem petat.

Respondet Sanchez lib. 3. disp. 8. num. 7. satis esse pro utroque foro, ut præcedat informatio extrajudicialis, cum Tridentinum id remittat arbitrio & prudentie Ordinarii: & adhuc longè distat à dispensatione pro solo foro conscientie: nam in hac nullus testis recipitur, sed creditur penitenti: at in dispensationibus denuntiationum, cum pro utroque foro sint, recipiuntur testes; quàmvis non in figura & forma iudicii, sed solum ad informandam Ordinarii conscientiam.

Tandem probant Adversarii suam sententiam ex lege: Cum hi, ff. de Transactio. ubi in principio sic dicitur: Soler igitur Prætor intervenire, & inter consentientes arbitrari, an transactio, vel quæ admitti debeat; ac proindè causa transactionis committitur arbitrio Prætoris, & tamen §. 8. ita legitur: Vult igitur ratio apud Prætores de istis queri: in primis de causa transactionis, dein de modo, tertio de persona transigentium. Hæc autem causæ cognitio, ut docet Menochius de Arbitrariis lib. 1. q. 19. num. 3. 4. & 5. versatur in citatione adhibenda, & litigantium jure exaudiendo, & ordine iudicario observando. Ergo similiter in nostro casu.

Respondet Sanchez sup. id speciale esse in eo casu, quia lex ipsa formam iudici præscripsit procedendi in alimentorum transactione; in nostro autem casu nulla forma præscribitur, ut constat ex verbis Tridentini, sed simpliciter relinquitur remissio denuntiationum prudentie & iudicio Ordinarii; ergo nec nos formam iudicalem præscribamus.

Et ita nobiscum sentit Aversa q. 7. sect. 2. ibi: Utque rectè & prudenter hæc dispensatio concedatur, debet quidem Superior seriò dispicere, an iusta causa subsit, & ne fraus aliqua lateat. Non tamen oportet, ut judiciali modo & formâ exigat probationem causæ, & pronuntiet sententiam; sed satis erit, si privato & extrajudiciali modo in sua conscientia informetur ac certioretur de veritate & sufficientia causæ. Concilium enim hoc relinquit prudentie & iudicio ipsius Ordinarii, quare non requirit formam & strepitum iudicalem.

Itaque necesse non erit procedere per citationem & examen cum juramento, & scriptionem Notarii. Sed poterit Prælatus hoc vel alio modo sibi viso sufficienti procedere. Studere tamen debet aliundè informari, ne fortè aliquod adsit impedimentum inter eos, qui contrahere cupiunt, adhibens aliam diligentiam vice denuntiationum, ne imminet periculum nullitatis in Matrimonio. Hæc ille.

E e e e 2

Ex

141. Ultima probatio ex l. 8. ff. de Transactio.

Resp. Sanchez.

142. Aversa amplectitur sententiam Sanchez.

143.  
Dispensatio  
in banis  
potest fieri  
extra Dia-  
cesim;  
esto etiam  
requireretur  
causa cog-  
nitio judic-  
ialis, secundū  
Sanchez.

L. un. ff. de  
Offic.  
Conf.

144.  
Iuste causa  
dispensandi.  
Prima.

Sanchez.  
Aversa.

145.  
Secunda.

Ex quibus inferitur: hanc dispensationem in denuntiationibus posse fieri extra Diocesim; quia est actus jurisdictionis voluntariae, cum ad eam non requiratur strepitus sive cognitio causae judicialis.

Immo (ut notat Sanchez sup. n. 6.) quamvis exigeretur causae cognitio judicialis, ut lite subortā circa Matrimonium, vel circa dispensationem, licet ea causae cognitio debeat fieri intrā Diocesim, tanquam actus jurisdictionis contentiosae, eā tamen factā intrā, posset dispensatio fieri extrā. Quia cum hic actus dispensationis, sit voluntariae jurisdictionis, etsi intermedia fuerint contentiosae, retinet suam naturam, & ita potest fieri extra Diocesim, juxta doctrinam Baldi l. unica in principio. n. 11. fine, vers. ultimo, Nota, ff. de Offic. Consul. ubi haec dicit: *Quando in causa voluntariae jurisdictionis, emergit aliqua causae cognitio & probatio, talis causa excipitur quasi contentiosae jurisdictionis in probatione & ventilatione, sed in Decreti interpositione suam retinet naturam.* Sed haec satis de cognitione causae.

Sequitur ut ipsas causas exprimamus, quas DD. judicant esse justas, ad omittendas seu remittendas denuntiationes. Atque in primis suspensionem probabilem malitiosi impedimenti expressit ipsum Tridentinum, ut supra vidimus; tanquam principale quoddam exemplum, vel potius tanquam causam per se sufficientem, quando de ea certū constat, absque ulteriori dispensatione Ordinarii, ut supra annotavimus; non excludens propterea alias rationabiles causas, quae licet non sufficiant, ut lex per se ipsam cesset; sufficiunt tamen, ut Ordinarius in lege dispenset; prout contingit in aliis legibus Ecclesiasticis, quae aliquando cessant sine aliquo recurso ad Legislatorem seu Ecclesiam; quando nimirum finis legis cessat contrariē, id est, observantia legis est peccaminosa, aut nimis difficilis; aliquando autem requirunt recursum ad Superiorem, sive ejus dispensationem ex aliqua rationabili causa, de se insufficienti, ad intrinsicam legis cessationem; sufficienti autem, accedente voluntate Superioris, seu ejus, qui habet potestatem in ea lege dispensandi. Patet in praecipuis jejuniorum, dierum festorum & similibus.

Sic ergo impraesentiarum plures hujusmodi causae à DD. assignantur, ut videre poteris apud Sanchium sup. disp. 9. per totam; ego breviter eas hic transcribam ex Aversa sup. §. *Plures*; sic ergo ait hic Auctor:

Plures hujusmodi causae solent à DD. assignari. Utpote, quando concubinari in mortis periculo constituti vellent contrahere, sive ut consulant suae salutem, sive ad

legitimandam prolem. Aut quando autem reputati conjuges, vellent contrahere, ut vellent evitare publicam infamiam, aut fieri judicium.

Item, quodcumque aliqui ex publicis denuntiationibus, aut ex dilatione temporum, timerent sibi aliquod grave damnum, aut molestiam, vel amissionem commodi, sive sibi, sive suis contraherent. Aut timeretur, ne alter eorum mutaret voluntatem, dum tamen valde interesset, ut trahi tale Matrimonium.

Rursus, quando instaret tempus ad ritum aut Quadragesimam, quo non possent benedici nuptiae, & instaret aliquod periculum, si expectari deberet totum tempus ad perficiendum & consummandum Matrimonium. Quamvis enim non esse grave peccatum consummare Matrimonium ante hanc solemnem benedictionem tamen ob convenientiam procurandi, ut praemittatur benedictio, aut confirmationem, & potius praetermittatur denuntiatio ante contractum.

Insuper, quando sponsi nuptiales, aut nuptiales, si essent nuptiales, aut alia simili ratione. Et quando magni Principes vellent inter se contrahere, quibus debetur magis reverentia: & quorum proinde qualitates & impedimenta, si adessent, essent satis nociva.

Ac demum addunt Aliqui, quod docent, quae aliunde jam probe constaret, nullam esse periculum illius impedimenti, sed quae detegenda fieri debent denuntiationes. Haec tamen sola causa non est recipienda, nisi concurrat aliqua alia ex praedictis. Haddenus Aversa.

Sed hanc solam causam esse recipiendam, docet ultima pars Conclusionis, ut infra cum Sanchio sup. disp. 9. n. 7. ubi quos ipse ibi citat. Quam etiam causam amplectitur Dicastillo sup. disp. 17. Alios praeterea citans, & inter ceteros, rez cap. 37. n. 34. & 35. ubi tamen de hac nullatenus tractat, nec verbum habet, quod illi sententiae faveat. Fortē est error typographi & esse debet cap. 57. n. 1. ubi refert sententiam Sanchii, neque eam probat.

Citat etiam Coninck disp. 27. n. 57. in fine sic ait: Octavo, quæritur notitia sponsoforum commoditas, quando nullum est periculum occulti impedimenti. Et in videtur insinuare, minime sufficere, quod nullum sit periculum occulti impedimenti, ut vult Aversa sup. cum tamen Dicastillo doceat cum Sanchio, ut si etiam in aliis (praeter Magnates) contingat satis nocivum & moraliter certum esse, nullum esse impedimentum, sufficiens sit causa dispensandi.

sandi. Hoc non videtur docere Coninck, qui præterea requirit notabilem sponforum commoditatem.

Adducit etiam Sanchez pro sua sententia Navarrum Summâ latinâ, cap. 16. n. 36. ubi in fine sic ait: Justa autem causa id faciendi (id est, clandestinè contrahendi) visa est Cajetano, quando cessant omnia inconvenientia, ad quæ vitanda, jure vetantur contrahi clandestina Matrimonia. Ubi non loquitur Navarrus de dispensatione, sed de cessatione legis intrinseca, ex defectu debiti finis.

Sed nunquid Navarrus approbat sententiam Cajetani? Attende, quid dicat n. 37. Contra quem (Cajetanum) facit doctrina ejusdem; nempe quod lex non definit obligare subditos ad id, quod præcipit, etiam si absque illo habeatur finis, in quem id præcipit: esto quod responderi posset, aliud esse dicere, quod lex præcipiens aliquid ob aliqua inconvenientia, illis cessantibus non obligat, quod dicit Cajetanus, & antea dixit Panormitanus; & aliud dicere, id, quod in aliquem bonum finem præcipitur, cessare, si finis ille aliâ viâ habeatur, quod ipsemet ait, & nos etiam tradidimus. Hæc ille.

Et continuo atrexit justas causas omitteendi denuntiationes, dicens: Justa proculdubio tamen esset causa, quam ipse ibidem exprimit, scilicet contraxisse antea Matrimonium publicè, sed invalidè ob aliquod impedimentum: habitâ enim dispensatione ad id convenienti (scilicet super impedimento) possunt clandestinè contrahere; neque ob id in aliquas penas incidunt: quæ res quotidiana est, & in sacro penitentiarie Prætorio probata; quatenus etiam post Concil. Tridentinum, qui publicè semel contraxerunt, tenentur denuò contrahere ob dispensationem novè obtentam quoad forum conscientie tantum. Justa item est causa Minoris nubendi clandestinè alicui, sibi multum convenienti, quando prospicit, se à suo Curatore traditum iri nupti alicui parum convenienti.

Nos quoque respondimus, in nullas censuras vel alias penas incidisse Confessarium & testes, qui curaverunt, ut quidam, gladio graviter ictus, & jamjam moriturus, duce-ret in uxorem concubinam suam, ex qua liberos susceperat, quò illos faceret legitimos, & quoad transcendendum ex hoc sæculo, iter melius adornaret. Uique adhuc Navarrus.

Ubi nullam facit mentionem Ordinarii, aut dispensationis ejus in denuntiationibus, ut proinde videatur hic docere, dictas causas per se sufficere absque dispensatione Ordinarii, de quo statim latius. Ergo Na-

varrus ait, ut loquitur Sanchez supra, esse justam dispensandi causam, dum cessant omnia inconvenientia, ob quæ vitanda denuntiationes fiunt; non video, quomodo id ex verbis istis, in quibus, nulla fit mentio dispensationis in denuntiationibus, ritè colligatur.

Sed quæ ratio sententiæ Sanchii, & non-  
151. *Probatur ex doctrina.*  
stræ Conclusionis? Quia non est alia causa, ob quam possit dispensari cum Magnatibus, nisi quòd horum Matrimonia sint valdè publica, sintque ipsi valdè noti; quare si aliquod impedimentum inter eos esset, statim sciretur. Et tamen communiter admittitur (quidquid dicat Segura 2. p. directorii c. 16. n. 7.) cum Magnatibus posse dispensari, ut & ipse Averfa admittit.

Planè, reponit quispiam, admittit, sed non ideò solùm, quia in ipsis cessat finis legis negativè; verùm etiam, quia ipsis debetur major reverentia, quàm hominibus plebeis.

Respondeo: denuntiationes nullatenus officere majori reverentiæ ipsis debita, si-  
152. *Denuntiationes non efficiunt reverentia debita Magnatibus.*  
cuti etiam, quòd contrahant coram Parocho & testibus; sed quia debetur ipsis major reverentia, hinc fit, ut impedimenta si adessent, essent magis nota, ut significat Averfa sup. ibi: *Quibus debetur major reverentia; & quorum proinde* (id est, quia major eis debetur reverentia) *qualitates & impedimenta si adessent, essent satis nota.* Ergo tota causa dispensandi hic est, non debitum majoris reverentiæ; sed quia impedimenta, si adessent, satis nota essent.

Itaque, cessante fine legis in casu particulari solùm negativè, quamvis non statim lex seipsa cesset; tamen videtur, quòd illa cessatio sit causa sufficiens, ut Superior possit in tali lege dispensare.

Oppositum docet Suarius de LL. lib. 6. c. 18. n. 24. ibi: Prius ergo genus causæ sine dubio est maximè proprium, in quo principaliter debet attendi, an ratio legis saltem negativè cessaverit in tali persona; nam si cessat, licet per se non sufficiat, ut lex non obliget, nec etiam ut per dispensationem tollatur, si nulla alia ratio suppetat; tamen suppositâ illâ cessatione causæ finalis legis in particulari, quælibet ratio adjuncta utilitatis, vel pietatis, etiam si nimis gravis non sit, sufficere poterit ad honestandam dispensationem. Hæc ille. Sed undè probatur, quòd illa cessatio negativa non sit causa sufficiens, ut per dispensationem lex tollatur?

Probatur, inquis, ex Sanchez sup. n. 20. ubi ait: In omnibus autem casibus, in quibus dispensatur, ne denuntiationes præmittantur Matrimonio, debet Ordinarius informari, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes, ne periculo exponatur  
154. *Probatur ex Sanchio.*  
Eeeee 3 im-

151. Probatur ex doctrina.

Averfa.

152. Denuntiationes non efficiunt reverentia debita Magnatibus.

Cessatio finis legis videtur causa sufficiens dispensandi.

153. Oppositum docet Suarez.

154. Probatur ex Sanchio.

impeditos conjungendi. Hæc ille. Ergo nunquam remittuntur denuntiationes sine hac causa; ergo frustra disputatur de aliis causis.

Rejicitur probatio.

Respondeo: non frustra disputatur de aliis causis, quia licet absque illis possit Ordinarius dispensare, tamen non tenetur; si ceteri aliquando tenentur concurrentibus aliis causis, ut statim videbimus. Præterea; ex sola illa causa, quod non sit periculum ullius impedimenti, non solet Ordinarius dispensare, tamen si possit, si vellet; & ideo bene facimus disputando de aliis causis, quibus concurrentibus facilius dispensatur, & solet dispensari. Denique; concurrentibus aliis causis, fortè possit Ordinarius dispensare cum aliquo periculo impedimenti satis remoto, cum quo tamen non possit dispensare cessantibus aliis causis; quia tunc nulla est ratio exponendi contrahentes illi periculo, quamvis satis remoto.

Rogas, quæ sint iustæ causæ, quibus concurrentibus non solum possit, sed etiam teneatur Ordinarius dispensare? Aliqui apud Sanchez sup. disp. 10. n. 2. affirmant, teneatur Prælatum dispensare sub peccati poena, quoties adest causa iusta dispensandi. Et probant ex cap. Domino sancto, dist. 50. ibi: Ergo ita est determinanda sententia, ut necesse sit illos restaurari in locum honoris, qui per penitentiam reconciliationem recepisse merentur

155. Qua sint causæ, ex quibus teneatur Ordinarius dispensare. An quoties adest iusta causa. Affirmant aliqui, ex c. 28. dist. 50.

Ubi Gloss. verb. Necessè, ait: Ex hoc verbo: Necessè, & ex illo verbo: Præcipiunt, quod supra ponitur; patet, dispensationem quandoque esse debitam, ut supra eadem, Ut constitueretur. Et sic patet, quod Episcopus peccat, si non dispensat, ubi patet ratio dispensandi, ut 34. dist. Fraternitatis, arg. 2. q. 5. Quanto. Ubi sic lego in fine: Sicut in contumacia persistentibus, severos nos esse convenit, sic iterum humilitatis & penitentibus negare locum veniæ non debemus. Et propterea hæc Glossa citatur à Sanchio pro illa sententia, quam etiam plures alii Auctores docent, qui ibidem adducuntur.

156. Probatio ex ratione.

Probatur autem hæc ratio: quia dispensatio existente iusta causa est debita ex iustitia distributiva: est enim bonum quoddam publicum, ad bonum subditorum ordinatum, cuius Prælatum est quasi distributor; ergo ex iustitia distributiva tenetur illis distribuere, secundum merita causæ uniuscujusque subditi; si ergo causâ iustâ existente non dispenset, peccabit adversus iustitiam distributivam, ac iniquus distributor. Imò erit acceptor personarum, si, existentibus eisdem causis, cum uno dispenset, alteri autem denegat dispensationem.

157.

His tamen non obstantibus opposita sententia, videlicet existente iustâ causâ non

semper esse debitam dispensationem, quandoque esse debitam; quandoque adhæret Sanchez sup. n. 3. cum aliis citat. Probatur; quia in jure aliquando datur gratia, cap. Licet canon. 14. de Rescriptis in 6. in fine: Super residentia vero, (de Rescriptis) mittitur) faciendâ, possit Ordinarius dispensationis ad tempus facere, prout rationabilis id exposcit. Et cap. Dicitur in q. 7. in fine: Dispensationis enim gratia dicitur, eget negotium multum. Item cap. Licet Sedis, 9. de Clerico excom. ibi: Si forte ignorantia crassa & supervacua fuerit, propter quod dispensationis gratia Ergo dispensatio non semper est debita.

Probatur 2. quia, Non quidam restat permittitur, id subjicitur jure restat, leg. 40 ff. de Judiciis. Quod restat per Glossa cap. Consultat, 24. de Officio verborum. Gratiam, dicens: Etenim quod datur iudici circa iudicia, ut per se restat in præjudicium alterius, quando iudex l. 1. ff. de Arbitr. dicitur, si quis ex litigatoribus. Nonnulli quid iudici potestati permittitur, ut restat subjicitur.

Probatur 3. ex cap. Postquam, 17. de Clerico excom. ibi: Nisi forsitan eorum qui non considerent dispensatum. Et loquitur de re, quando est iusta causa, aliis esse dispensationem ergo dispensatio ex iusta causa non semper est debita, sed aliquando est gratia de misericordia. Ita argumentatur Sanchez supra, pro hac sententia.

Eamque inquit Glossa cap. Dispensationes, 16. 1. q. 7. verb. Debita, dicens: La est, & jure communi, quod omnibus equaliter debetur. & ita dispensatio non est, ut 2. q. 1. Et ratione. Quandoque tamen dispensatio debetur, ut 50. dist. Ut constitueretur. Et Glossa Exigunt, ead. verb. Causa, sic ait: Hic sit rigor, & ibi misericordia, quia iudex sequi misericordiam, quam supra extra de Sortileg. c. 2. & C. de Jural. & sic jam videtur, quod dispensatio debetur, quia præceptum misericordie omnibus commune, ut 86. dist. Non satis, & facit misericordiam veteri, fugienda est, ut 50. dist. Ponderet, in fine: Quod concedo, quod quod que sit debita: & iudex peccat, si non dispensat.

Idem docet Felinus in cap. Ad Clericum, 4. de Judiciis, §. De adulteris vero & de criminibus, quæ sunt minora, potest Episcopus cum Clericis post peractam penitentiam dispensare. Utrum autem (interrogat dictus Auctor n. 15.) Episcopus teneatur ad dispensandum? Dicit hic textus: Potest: quæ restat, quod non teneatur. Sed Moderna licet allegant Bar. in l. 2. de Jur. om. jud. ubi ibi

B O  
Sac  
par

cit, quod ubi iudex debet impertiri officium, si misericorditer imploratur & denegatur, potest appellari. Sed de dispensatione, quod fit gratia, ut hic sentiunt Moder. prædicti, alleg. decisionem Dom. in cap. *Licit canon*, in fin. de Elect. in 6. in quo est debita per cap. *Nullus*, de Jurepatr. secundum Joan. And. ibi. Ita Felinus.

Quem utique & alios Auctores, à se citatos, sequitur Suarez de LL. lib. 6. ca p. 18. n. 20. & probat hanc doctrinam, explicando titulos, ob quos dispensatio potest esse debita, extra quos, inquit, non erit debita, licet possit esse justa.

Rogas, qui sint isti tituli? Accipe verba Suarii: Primò ergo potest esse dispensatio debita ex juris præcepto, ut quoties assignando aliquam causam justam dispensationis, utitur verbis præcepti vis, ordinando, ut, existente tali causâ, concedatur dispensatio, quod maximè fieri solet in dispensationibus circa poenas post condignam satisfactionem, ut in d. cap. *Domino sancto*, ubi id notat Glossa & Turcremata. Item id notat Glossa & cap. *Condemnandum*, dist. 50. propter verbum: *Debet*, quod est in textu, quod non cogit, sed consideranda sunt alia verba & materia.

Quando verò lex solum concedit, ut possit dispensari, non est debita dispensatio, ut notatur in d. §. *De adulteris*, ex ipso textu. Intelligendum autem hoc est permissivè seu negativè, id est, ex vi illius concessionis non esse debitam dispensationem; non tamen absolute, ut non possit aliundè esse debita. Quia sæpè denotatur per illum modum loquendi concessio potestatis, non verò excluditur obligatio, si aliundè oriri possit, ut notatur in cap. *Cum ex eo*, de Elect. in 6. per ipsum textum.

Secundò, potest esse debita dispensatio per præceptum ab homine, ut in dispensationibus, quas concedit Pontifex, remittens causas Ordinariis, vel discreto Confessori, mandans ut dispenset, si preces veritate nitantur; tunc enim impletâ conditione dispensatio debita est.

Tertiò, ex natura rei potest esse debita de justitia dispensatio, quando est necessaria ad commune bonum, vel vitandum publicum scandalum, vel quid simile. Ita notatur in d. cap. *Ut constitueretur*, per illum textum, ubi Glossa & Turcremata. Panormitanus & Alii.

Quartò, potest esse debita dispensatio ex officio; ac subindè ex justitia, ubi fuerit necessaria ad spirituale bonum postulantis, vel ad vitandum grave periculum animæ. Ratio est; quia Prælati ex justitia tenent providere in his casibus saluti subditi, & hoc maximè sentiunt Auctores primo loco cita-

ti (scilicet pro opposita sententia) hujusmodi enim, ut existimo, vocant justam causam dispensationis.

Quintò, aliquando licet causa non inducat debitum justitiæ, potest inducere debitum charitatis & misericordiæ. Aliquando enim dispensare est opus misericordiæ, ita enim interdum jura loquuntur, c. *Postulasti*, de Cler. excom. at opus misericordiæ interdum est debitum, quando proximus graviter indiget, & sine dispendio potest illi concedi; ergo.

Undè tandem fit, ut extra hos casus possit esse justa dispensatio, & non debita. Patet quia potest esse ex misericordia vel liberalitate sine gravi necessitate subditi, & sine præcepto positivo: ergo erit justa: quia ratio misericordiæ cum concessionem juris positivi illam justificat, & non erit debita; quia nec jure naturæ, nec ex præcepto humano. Confirmatur; quia privilegium sæpè est justum hoc modo, & non debitum; ergo & dispensatio. Denique hæc dispensatio dicitur in jure gratiæ, ut Auctores supra citati advertunt. Hucusque Suarius n. 21.

Et idèd n. 19. cum Rodriguez to. 1. qq. Reg. q. 24. art. ult. in fine bene dividit dispensationem in voluntariam & necessariam, seu justam & debitam vel non debitam, licet justam. Voluntaria est (inquit Rodriguez) illa, quæ ab Episcopis, post actam poenitentiam, conceditur Clericis juxta præscriptum d. §. *De Adulteris*. Necessaria est, quando Clericus depositus aut privatus, Ecclesiæ & populo est necessarius, quod præsumitur, si à populo petatur, ut sacri Canones sic intellecti innuunt, & tradunt Glossa, Abbas, Felinus, Decius & doctissimus Alciatus. Inter quas magnum discrimen versatur. Quod in voluntaria Episcopus pro arbitrio dispensabit. In necessaria autem dispensare debet, & ad dispensandum compelli poterit propter Ecclesiæ utilitatem, ut tenent communiter scribentes. Hæc ille.

Ex quibus omnibus liquidò patet, quid sit respondendum ad argumenta contrariæ partis, superius producta; videlicet in d. cap. *Domino sancto*, dispensationem debitam esse ex juris præcepto, ut supra audivimus ex Suario. Vel dic cum Sanchio sup. n. 7. textum illum, si de præcepto loquatur, intelligi debere, quando est necessaria dispensatio ob bonum commune vel notabile alicujus privati: vel intellectus de omni dispensatione, loqui de consilio. Similiter respondetur ad d. cap. *Quanto*.

Porro ad rationem dico; Acceptio personarum generatim, juxta modum loquendi Scripturæ, dicitur: quando in aliqua distributione non respicitur causa, sed persona; id est, aliqua personæ conditio, nihil ad prædictam

163. *Quintus, ex charitate & misericordia*

*Extra hos casus dispensatio potest esse justa & non debita.*

164. *Divisio dispensationis in voluntariam & necessariam, ex Rodriguez.*

165. *Resp. ad d. cap. Domino sancto, & d. cap. Quanto. Sanchez.*

166. *Resp. ad rationem contrariam prædictam.*

161.

162.

Tertius, ex natura rei.

Quartus, ex officio.

dictam distributionem, faciens, ob quam is, qui minus dignus est, præfertur digniori: ut si quis Prælati beneficia, officia, vel Ordines sacros, omittis dignioribus, conferat dignis vel minus dignis, quia amici, consanguinei, divites; si iudex sententiam ferat pro amico, non pro eo, qui jus habet. Ita Lessius de Justitia & Jure lib. 2. cap. 32. n. 1.

Lessius.

Quando in casu propofito foret acceptio personarum.

Igitur tunc solum foret in casu præsentis acceptio personarum, quando dispensatio uni concederetur sine justa causa, & alteri, habenti justam causam, negaretur; alioquin si uterque habeat justam causam, & aliunde dispensatio est indebita, nulla committitur iniqua distributio, si uni detur dispensatio, & alteri negetur; sicuti concurrentibus duobus æquè dignis, potest Episcopus utri illorum velit, conferre beneficium.

167. Objeccio.

Sed contra: quid mirum, cum Episcopus non possit utrique conferre beneficium, sed alteri tantum? Hic autem potest cum utroque dispensare, & unus tantum habet jus ad dispensationem, quantum alter.

Solvitur;

Respondeo: neutrum habere jus, quia supponitur dispensationem esse indebitam; alioquin si utrique debita est, procul dubio peccat Superior cum uno dispensans, & non cum alio. Nonne Deus est acceptor personarum; quia minus dignos, majoribus auxiliis gratiæ prævenit, quàm magis dignos? Minime: quia nimirum id facit, ut ostendat se gratis dare, & nemini se esse debitorem horum donorum. Ergo similiter Superior in casu nostro non erit acceptor personarum, supposito quòd dispensatio non sit debita; quia id facit, ut ostendat se gratis & misericorditer dispensare, & nemini se esse debitorem dispensationis.

168.

Quo sensu omnis dispensatio sit debita.

Itaque omnis dispensatio debita est, sed ad hunc sensum, ut ex causa justa faciendæ sit; & ita solum concludit dicta ratio, semper deberi dispensationem in hoc sensu, ut semper debeat ex justa causa concedi; non autem ut semper concedi debeat, dum adest justa causa. Sicut in distributione beneficiorum est personarum acceptio, quando indigno datur, prætermisso digno; non tamen inde sequitur, quoties est aliquis dignus beneficio, id esse illi necessario conferendum. Et eodem sensu tenetur Superior dispensare secundum merita causæ, id est, non potest dispensare sine causa; non tamen semper debet dispensare, quando adest justa causa.

169.

Quid probet Conc. Trident.

Nec aliud probat in casu nostro Concilium Trident. quando dispensationem in denuntiationibus relinquit prudentiæ & judicio Ordinarii; non aliud, inquam, quàm Ordinarium non posse dispensare, nisi ad sit justa causa; non autem quòd semper de-

beat dispensare, quando adest justa causa. Quippe non tenetur ex officio omnibus commodis, præsertim temporalibus, futurum subditorum prospicere, sed solummodo communi.

Interim ut notat Coninck disp. 27. in fine, valde expedit, ut se æqualem omnibus exhibeat; aliis enim facile committitur scandalum: & est aliquis acceptio personarum, quæ saltem est præter justam distributivam, & impedit ejus communitatem. Hæc ille.

Si autem à me quæritur, quando debeat dispensare? Patet responso ex dicto Suarii, superius adducto. In primis, quando est probabilis suspicio malitiosæ intentionis (si verum est, quòd tali causa impetratur dispensatio) nam ipsum jus contra istum exprimit, & vult, ut in eo, si tantum denuntiatio fiat, vel deinceps, & duobus vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur; quæ est debita dispensatio ex jus præcepto.

Sed nunquid malitiosum imputatur, quando pater suasionibus & circumstantiis vult impedire filium, ne ducatur uxorem ignominiosè, perperam & sine filio ducat? Minime, ut patet ex antedictis, quia justè id facere potest, quando quidem filius teneatur ejus consilium, & Aliqui docent, quavis non consentiam, Matrimonium requirere.

Deinde: plùs est inducere ad contrahendum Matrimonium cum una, cum in contrahendo videatur homo perperam servituti allegari; & tamen non contrahendo cum una, remaneat liber, ut cum alia possit contrahere; sed patet fusionibus & consiliis potest inducere filium, quando iusta causa subest, ut contrahat cum una; ergo cum ut non contrahat cum una.

Tertio; quia malitiosè fieri dicitur injuriæ fit, dolo adhibito, cum calumnia. Sed dolo & malitia non convenit in hac specie in patre, cum suo utitur; atque ita consequens est injuriam facit, dum consilium filii, ne contrahat cum minus digna, quæ filius peccat, dum hoc casu consilium patris rejicit, atque spernit.

Quarto; licitum est, etiam jure, unicuique propullare injuriam, si in familia ducere uxorem indignam, quæ vivo vel infcio, est, secundum Multos, ad dederit jus paternæ potestatis; ac prout patris injuriam facere. Ergo justè patris poterit defendere jus suum patris potestatis Matrimonium hujusmodi impedire. Nam is malitiosè aliquid facere non potest, quod salvâ conscientia facere non potest, cum malitia sit peccatum. At patet, quòd

BIBLIOTHEK  
SACRAMENTUM  
MATRIMONII

conscientiâ, impedire potest, ne filius cum indigna contrahat; ergo &c.

Quintò; conditio illa: *Si patri placuerit*, in contrahendis Matrimoniis honesta ac valida est, non verò turpis: ergo voluntas patris, repugnantis Matrimonio contrahendo, non dicitur asserere injustum impedimentum; quia si verum id esset, opus esset dicere, Matrimonium contractum: *Si patri placuerit*, esse contractum sub turpi conditione. Sed hoc est falsum; ergo &c.

Denique; ex hujusmodi Matrimonio filii, cum indigna contrahentis, summa discordia inter patrem & filium, & inter consoceros induci possit, ut experientia docet; ergo justè licet patri impedire hoc Matrimonium. Præmaximè, quia verè diffidium inter eos, qui se amore obcæcati ducunt, facile exoritur, Matrimoniaque infelicem ex eo exitum habent, sicut & quæ coactione fiunt; amor enim excessivus coget amantes conjungi absque providâ in futurum cogitatione.

Ergo cum forsân, imò verisimiliter à communiter accidentibus, odium causabitur inter ipsum virum & uxorem, quia adolescens imprudenter facti poenitens; tum præsertim, quòd bonis paternis (exceptâ legitimâ) privari possit à patre suo, uxorem etiam odio prosequi incipiet; atque ita inter eos perpetua erit discordia, quæ sanè causa rationabilis est, ut recedatur ab sponsalibus, atque ita Matrimonium impediatur. Latius de his scribit Gutierrez Can. Quæst. lib. 1. c. 20. n. 9. & sequentibus.

Caveat itaque Ordinarius, ne in hac specie, seu in hoc casu, denuntiationes remittat; sed sine scrupulo potiùs deneget licentiam contrahendi Matrimonium absque denuntiationibus præcedentibus; quàmvis (inquit Gutierrez suprâ n. 23.) Albornoz lib. 4. del Arte de los contratos tit. 1. del sacro Concil. Tridentino, in verb. *El octavo capitulo*, fol. 153. latè probet contrarium; nempe Parochum vel Ordinarium, hoc casu non remittentem denuntiationes, peccare mortaliter; & tanquam impediens Matrimonium, incurrere anathema, de quo in cap. 9. de Refor. Matr. dictâ less. 24. & ad restitutionem parti læsæ teneri.

Sed in primis, quantum ad Parochum, cum ad ipsum hoc non spectet, ut latè suprâ resolvimus cap. proximo, falsum dicit. Quo ad Ordinarium, datâ maximâ inæqualitate contrahentium, idem per suprâdicta: respectu autem anathematis fallitur manifestè, ut ex infrâ dicendis in fine hujus capituli apparbit. Et ita meritò novissimè eum reprehendit, Menochium secutus, Joannes Segura in suo Directorio judicio- rum Ecclesiæ. 2. par. c. 16. n. 8. & seq.

dicens, quod Albornoz in hoc ventos de thesauris suis produxit, & veniens in altitudinem maris, tempestas demersit eum: & ita nos cum sæpe ac sæpiùs fuerimus requisiti, ut præfatas denuntiationes ante Matrimonii celebrationem remitteremus ob timorem prædictum, quòd si præcessissent, Matrimonium probabiliter malitiosè impediri posset, et si hoc probato eas remiserimus; semper tamen observare solitus sum, an sit æqualitas inter contrahentes, vel parva distantia, tunc enim faciliter annuo; si verò esset magna inæqualitas (quod coram me nunquam contigit) non concederem. Ita Gutierrez.

Sed contra hanc doctrinam opponitur, quòd Episcopus ex rationabili causâ possit dispensare, ne hæc denuntiationes fiant; nempe quando est timor, ne oppositum, vel pejus ejus sequatur, propter inæqualitatem eorum, qui volunt se habere, qui aliter fornicabuntur; & parentes si scirent, vel inferiorem interficerent, vel potiùs falsos testes supponerent, & sic malè impedirent: si autem scirent ex toto celebratum, ex tunc, quia non est remedium, parentes sustinebunt. Ita Palud. in 4. dist. 28. q. 2. a. 3.

Respondet Gutierrez sup. n. 26. Paludanum loqui in casu malitiosi impedimenti cum peccato, scilicet interfectione, vel suppositione falsorum testium, adeoque gravissimo scandalo; ad quod evitandum, minùs malum est permittendum, nempe ut isti contrahant sine denuntiationibus præcedentibus; quia parentes id scientes post contractum Matrimonium, cum jam non sit remedium, sustinebunt; & quàmvis indè discordia & cætera, quæ suprâ consideravimus, oriri possint; non tamen est omnino certum, ea britura, aut saltem tantum nocitura, quantum damnum sequi posset ob prædictas denuntiationes, si parentes rescirent; & idè meritò, ut hoc casu Ordinarius dispenseret, atque licentiam præstet contrahendi Matrimonium absque denuntiationibus præcedentibus, ad evitandum majus malum, vult & tenet Paludanus, ubi suprâ. Hoc autem deficiente, sed stando in terminis priùs positis, licitum erit patri uti jure suo, dum tamen justam metam non excedat, atque minis, dolo, vi, falsitate vel calumniis non utatur, aliàs secùs. Quare prudenter se habere debet hac in re pater; ne dum honori consulere vult, animæ suæ detrimentum patiat. Ordinarius igitur, quando pater justè impedire potest, non debet remittere prædictas denuntiationes. Si autem timeatur majus aut pejus damnum ex ipsis denuntiationibus, si præcesserint, tunc, juxta doctrinam Paludani, satius erit eas remittere, & ita intelligenda est hæc materia.

F f f f

Quòd

176.  
Objeçtio ex  
Paludano.

177.  
Resp. Gu-  
tierrez.

178.  
Pater non  
debet usi  
minis, dolo,  
vi &c.

179. Quid esset aequalitas, vel parva inaequalitas inter contrahentes?

Quod si non esset inaequalitas inter contrahentes, vel si qua adesset, esset quidem parva omnibus pensatis, vel à fortiori, quando filius vel filia meliori nubere vellet; tunc etsi pater conqueri possit, quod filius sine consensu eius id faciat; attamen impedire Matrimonium iuste non poterit, Ordinariusque, si timeatur probabiliter huiusmodi impedimentum, remittere iuste poterit praedictas denuntiationes.

Segura.

Sed & alii casus malitiosi impedimenti videri poterunt in proposito per Joan. Seguram, ubi sup. d. 2. part. c. 16. n. 10. & seq. quorum praecipuus est, quando filii sub potestate novercali positi sunt; quia inde malitia praesumi potest, maximè si ex hereditate materna facti sunt divites; quia tunc ob Matrimonium contrahendum, cum parentes bonorum fructus amittant, quaelibet obijciat malitiosa impedimenta. Haec tunc Gutierrez.

180.

Quando certò constat de malitioso impedimento lex per se cessat.

Atque haec satis superque de malitioso impedimento, propter quod, quando certò constat subesse, sicut adhuc antea dixi, per se cessat ipsa lex sine dispensatione Ordinarii; sed quia hoc rarò constat, & Parochi aliquando nequeunt de eo rectè judicare, idèò communiter etiam tunc recurritur ad Ordinarium pro dispensatione, ut tantò securius Parochus procedat.

Ex qua alia causa Ordinarius debet dispensare, Averfa putat sufficere grave damnum etiam privatum.

Sed nunquid jam dicta causa ipsa sola est, propter quam Ordinarius non tantum potest, sed etiam tenetur dispensare? Nequaquam; sed tunc semper tenetur dispensare, quando alioqui imminet periculum gravis damni, sive publici sive privati, sive corporis sive animæ; quia (inquit Averfa supra §. Dumq; Prælatu) debet sanè ex suo munere prospicere subditorum necessitati, & utilitati. Aliquando tamen poterit quidem Prælatu licitè dispensare, non tamen tenebitur: quando nempe adsit quidem causa sufficiens, non tamen urgens; utpote quando vellet accelerare Matrimonium ob tempus Quadragesimæ aut Adventûs instans. Quando aliqui ob senilem ætatem aut disparem conditionem, erubescerent publicè denuntiare, aut quando Magnates volunt contrahere, ubi videlicet non aliud incommodum timeatur ex prævia publicatione aut temporis dilatione. Haec ille.

181.

Aliqui requirunt publicum delictum.

Sanchez.

Quæ etiam est sententia Sanchez sup. n. 6. quàmvis Aliqui putent, tunc solum esse debitam dispensationem, quando in ea vertitur publica utilitas; ut quia vitatur scandalum, aut Ecclesiæ multò utilior est: esse autem gratiam, quoties solum dispensatio necessaria est ob privatam petentis utilitatem. Ut si Clericus, parùm utilis Ecclesiæ, dispensationem petat, eo quod satis contritus sit de culpa, & poenitentiam egerit; tunc

enim quàmvis Prælatu dispensare possit non tamen tenetur.

Probatur ex cap. Ut constitueretur in hoc Verùm in huiusmodi casibus ubi per gratiam dispensationum scissuras, non huius & illius bonis est periculum, sed populorum strages per detrahendum est aliquid severitati, ut magis malis sanandis charitas sincera substat. Ita D. Aug. Epist. 50. ad Bonif. pontificem bonum commune, & non privatam, dispensatio debeat.

Et idèò Glossa ibi verb. Detrahendum sic ait: Hic habes, quòd dispensatio que est debita, scilicet ubi strages multorum est: & alibi ut 45. dist. Licet, & 1. q. 7. dispensationes, & 1. q. 3. Plerumque, & 1. q. 1. Noli, in fine, & inf. ead. Constitutum. Cum enim dispensatio sit quasi tantum misericordia: & est certum, quod peccator necesse est miseriors, ut 86. dist. Non dico & licet debita sit, tamen peccator non potest: Episcopatus debetur bono, & tunc non potest eum petere, ut 8. q. 1. Qui Episcopatus. Quod dogma autem prohibet dispensationem, & 1. q. 1. Erga, & sup. ead. Miror. Quamvis tamen permittitur dispensatio, ut inf. ead. Dicitur, & sup. ead. Si quis Presbyter.

Et nota, quòd aliud est rigor, aliud est dispensatio. Rigor est quædam exactio juris, & quedam asperitas facta ad terrerem, secundum quòd dicit Canon, quod presentia imponitur contrahenti secundo capitulo, ut 2. q. 1. cap. Hic ratio: & cap. presentis, & quòd communi non est deinde etiam in fine vite bis, qui deservit in actu. Clericorum, hec est, Episcoporum, ut 2. q. 3. Si quis Episcoporum. Et rigor non est dispensandum, nisi ubi timeatur exemplum malis, ut 45. dist. Sed illud. Quandoque tamen reperit idem, quòd subtilitas juris, ut extra de diff. spol. In litteris. & extra de No. op. non est relaxatio: & ea non est utendum nisi in necessitas vel utilitas, ut 1. q. 1. Si quis autem media strada incedit inter regnum dispensationem, ff. de Jurisd. non pot. jurisdictioni, & 2. q. 2. Legatus.

Respondet Sanchez sup. n. 7. huiusmodi non non intendere, ob solum bonum commune concedendam esse dispensationem (ut constat ex antecedentibus) non tamen poenitentes admitteudos esse ad Ordinem, si spe veniæ poenitentiam fingant, facillimè delinquant, sed quando agitur de vitando communi periculo, parcendum esse, ut vitanda majora mala. Haec ille.

Subscribo antecedentia verba D. Aug. qui non idèò supervacua putanda est postremo diligentia, qui ubi salus nihil detrahatur, humilitati aliquid addiderunt, quòd salus communi munitur, experti, credo, aliquorum

IBIDEM  
Sacramentum  
paris

penitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum &c.

Et paulo superius sic ait: Sed ne forte etiam de ceteris criminibus spe honoris Ecclesiastici animus intumesceat, superbe ageret poenitentiam; severissime placuit, ut post actam de crimine damnabili poenitentiam, nemo sit Clericus &c.

185. Igitur non negat D. Aug. ullo casu debitam esse dispensationem ob privatam peccentis utilitatem, sed solum vult, ut notat Gratianus ibi, quod qui simulatione poenitentiae vel affectatione honoris a Deo non consequitur veniam, nec ab Ecclesia reparationem mereatur. Ad hoc quippe probandum Gratianus adducit illum Canonem.

186. Permaneat ergo, dispensationem quandoque esse debitam, tum ob utilitatem publicam, tum propter utilitatem privatam peccentis; quandoque autem esse indebitam seu plane voluntariam. Et si sit debita, sive indebita; non debet Ordinarius denuntiationes commutare in aliud opus faciendum, aut stipendium seu multam solvendam ab iis, qui volunt Matrimonium contrahere; sed debet liberè concedere, ut denuntiationes prætermittantur. Ita docet Sanchez sup. num. 9.

Probat: quia Tridentinum sess. 24. c. 1. de Matr. solam concedit Episcopo facultatem remittendi denuntiationes, & dispensandi in Canone, eas fieri præcipiente; non autem concedit facultatem, obligationem legis in aliam materiam commutandi: alias sine causa justa posset remittere denuntiationes, commutando in aliud opus pium, sicut potest absque alia causa obligationem voti in aliam commutare. Hæc ille.

187. Sed, meo iudicio, hæc Consequentia non valet: Ecclesia concedit facultatem, obligationem legis commutandi in aliam materiam: ergo sine justa causa potest remittere denuntiationes, commutando in aliud opus pium. Siquidem potest Ecclesia velle, ut denuntiationes non commutentur in aliud pium opus, etiam melius, absque alia justa causa: quia Ecclesia non debet velle omnia; quæ meliora sunt; sed potest præcipere illud, quod minus bonum est, & nolle, ut illud commutetur in quodcumque aliud opus, etiam præstantissimum; ut videmus quotidie fieri in præceptis jejuniorum, Fastorum & similibus, quæ nemo propria auctoritate potest commutare in aliud opus pium, etiam evidentissimè melius. Esto alioquin votum propria auctoritate possit commutari in evidenter melius, vel etiam æquale; in minus bonum autem nequit commutari, nisi ab habente auctoritatem, idque ex alia justa causa, quia

intervenit aliqua dispensatio, quæ non licet sine alia justa causa.

Scio, quod Aliqui negent, hic intervenire dispensationem; sed non video, quo fundamento; licet enim mutetur materia, certum tamen est, quod pro aliqua parte tollatur obligatio; quia scilicet minor imponitur, quam antea imposita erat, (licet prior tota tollatur) quod videtur sufficere; alias nunquam erit dispensatio, quando cumque aliquid etiam minimum imponitur faciendum loco rei antea promissæ; & sine ulla alia causa poterit sic votum quodlibet commutari, licet sine alia causa non possit in eo dispensari, quod videtur absonum.

Quidquid ergo sit de hac Consequentia, certum est, quod Tridentinum loco citato expressè non meminerit facultatis commutandi.

Planè, inquis; sed sufficit, quod meminere implicite; quia potestas commutandi includitur in potestate dispensandi, juxta Reg. 53. de Reg. juris in 6. Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus. Et idè qui potest dispensare in votis, potest etiam vota commutare: ergo Ordinarius, qui habet potestatem dispensandi in denuntiationibus, potest viâ commutationis illius obligationis, imponere aliquam multam pecuniariam; sicut consulant DD. ne absolute dispense in voto, sed imposita aliqua commutatione.

Respondet Sanchez sup. plus esse legem commutare, quam in ea dispensare. Quod probat: quia cum dispensat Ordinarius, solum tollit omnino obligationem & vinculum legis: at cum commutat tollit omnino vinculum legis, & imponit novum vinculum; non sic autem est in voto, in eo enim plus est dispensare, quia tollitur omnino vinculum voti, quam commutare, quod non tollit vinculum voti, sed idem votum manet circa materiam commutatam, undè violatur votum, si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id, in quod commutatur per inferiorem, non impleatur; inferior enim non potest legem edere. Et constat manifestè differentia; quia votum potest idemet vovens in melius commutare: non tamen obligationem legis;

Sed objicies; cur commutata materia legis, non manet idem legis vinculum circa illam materiam, sicut commutato voto manet idem vinculum voti circa rem, in quam commutatio fit? Sicut enim commutans legem nequit legis vinculum imponere, ita commutans votum nequit alium voto obligare.

Dicit, differentiam in hoc consistere; quod Superior commutans legem, si supremus

188.

Quando votum commutatur in minus intervenit aliqua dispensatio.

189.

Probatur Ordinarius posse commutare ex Reg. 53. de Reg. juris in 6.

Resp. Sanchez plus esse commutare quam dispensare in lege, sicut in voto.

190.

Objeccio.

Solvitur.

Princeps non fit, nec ipse, cui commutatur, potest obligationem legis imponere: at verò licet commutans votum, nequeat voti obligationem imponere, ipse tamen cui votum commutatur, potest se vinculo voti adstringere, & eo ipso, quod commutationi voti consentit, subindè vult priori vinculo voti ad illam materiam, in quam commutatur, obligari. Hæc ille.

191. *Instantia.* Sed contra: quilibet Ordinarius potest imponere subdito suo obligationem præcepti personalis; ergo si potest dispensare in denuntiationibus, etiam poterit commutare obligationem legis, in obligationem præcepti personalis, quia plus est tollere absolutè obligationem legis, quàm eam commutare in obligationem præcepti.

192. *Confirmatur ex c. 3. de Feriis.* Et quàmvis commutatâ materiâ non maneat idem legis vinculum, manet tamen vinculum legis, aut certè præcepti personalis, quod sufficit; ut patet ex cap. *Licet*, de Feriis, ibi: *Indulgemus, ut liceat Parochianis vestris diebus Dominicis & aliis Festis ( præterquam in majoribus anni solemnitatibus ) si alectia terræ se inclinaverint, eorum captioni, ingruente necessitate intendere: ita quòd post factam capturam, Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.* Ubi Pontifex dispensat cum aliquibus piscatoribus in præcepto sanctificandi Festa, imposita eleëmofynâ, & sic quodammodò commutat obligationem legis sanctificandi Festa, in obligationem præcepti eleëmofynam faciendi.

Et siquidem Pontifex alicui daret potestatem sic dispensandi, nonne minus concederet, quàm si daret potestatem absolutè dispensandi absque tali onere? Cùm ergo Ordinarius dederit potestatem dispensandi in denuntiationibus absolutè sine aliquo onere, quod majus est; cur negamus concessisse potestatem dispensandi cum aliquo onere, quod minus est?

193. *Resp. ex Conc. Trid.* Respondetur; quia Tridentinum sess. 25. de Reform. c. 18. expressè mandat, ut dispensationes gratis fiant, ibi: *Quòd si urgens iustaque ratio, & major quandoque utilitas postulerit cum aliquibus dispensandum esse, id causâ cognitâ, ac summâ maturitate, atque gratis à quibuscumque, ad quos dispensatio perveniet, erit præstandum: ergo non potest imponi aliqua eleëmofyna, aliàs non concederetur gratis dispensatio: ut non verè faciam Sacrum pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad eleëmofynam tertio conferendam.*

194. *Confirmatur.* Et confirmatur; quia Episcopus concedens subdito dimissorias ad Ordines, non potest ipsum obligare, ut eam ob causam eleëmofynam alicui largiatur: quia esset contra Tridentinum sess. 21. c. 1. de Reform. jubens dimissorias gratis dari. Ergo cùm

similiter jubeat d. cap. 18. dispensationes gratis fieri, non potest dispensans aliquam eleëmofynam imponere, ex obligatione dandam.

Et ita tenet Sotus 4. dist. 28. q. 1. c. 1. vers. *Ex his primò colligitur, ubi hæc causa subest causa dispensandi in denuntiationibus, iniquum est dispensatis imponere aliquam eleëmofynam, etiam pro fabrica.* Item Lucor. loc. 2. part. Instructorii de Matr. c. 39. §. 1. quis. fol. 1060. colum. 1.

Ex his colligitur, idem dicendum quoties Prælati dispensat in quacunque alia lege, ut jejunii, observationis Festorum quia eadem est ratio. Ita Sanchez sup.

Sed in primis, illa non sunt verba, sed hæc quæ sequuntur: *Negat verò in casu sam non dispensandi ullo pacto abulum, sed fabrica subsidio multæ fraudat: tamen illa multæ & pena, ubi causa dispensandi, iniquissima est.* Agitur tunc contra abulum nonnullarum Ecclesiarum in quibus (ut ait) in toto abulum non sunt Banna, & tamen Antiquissimi dispensare volunt, ut Matrimonium illis contrahantur, sed sententia communicationis contrahentes valent, siquid nisi certâ multâ pecuniariâ in fabricam Ecclesiæ soluta, abolere illo veniat. Imò illa de causa aiunt, se nolle dispensare, ne fabricam illo subsidio defraudent. Quilibet ergo permittit excommunicatione contrahere, quos illic soluta pensâ abolvant. Adversus hunc idcirco ulum, ne abulum dixerim, fateor me lapsus reclamasse. Primum enim omnium hoc abulum sit, ut per nullum unquam Sacramentum Matrimonii gratia conferatur, quia verò nullum, nihil peccato mortali fiat, quo nescio quid absurdius dici possit. Hæc ille.

Ergo iniquissimum foret, si Ordinarius dispensans in denuntiationibus, imponeret aliquam eleëmofynam, negatur Canon præcepta; dummodò dispensatio non sit, quia cum enim tali casu iuste possit dispensare, cur non possit iuste dispensare cum tali onere? Neque tunc imponit novam legem; sed acceptatione dispensationem cum tali onere, sive illa conditione, seipsum quasi obligat ad dandam eleëmofynam.

Neque hoc repugnat gratuitæ dispensationi, sicuti non repugnat gratuitæ Ordinationi; ut patet ex principio dicti c. 1. *Legationem ab Ecclesiastico Ordine omni gratia suspicio abesse debet; nihil pro collatione gratiarum cumque Ordinum, etiam Clericali Temporalium, nec pro literis dimissorias aut regiminales, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum Episcopi, & alii Ordinum collatores, aut eorum ministri, quocumque textu accipiant.*

BIBLIOTHECA  
SACRÆ  
PALATII  
VATICANÆ

Ubi non prohibetur Episcopo impositio eleemosynarum, sed acceptio alicujus rei pro collatione Ordinum, ad evitandam suspensionem avaritiae. Et verò quis non plane temerariè suspicaretur, Episcopum esse avarum, eò quòd imponeret Ordinem Trident. dict. cap. 18. requirit, ut dispensationes gratis fiant, non videtur prohibere impositionem eleemosynarum, sed acceptioem alicujus rei, quæ posset dispensantem redere meritiò suspectum avaritiarum.

197. Sanè cap. illud loquitur etiam de dispensatione Pontificia, ut docet Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 11. qui tamen hoc loco admittit, Pontificem posse imponere eleemosynam: sic enim respondet ad argumentum Adversariorum, desumptum ex Navarr. qui cap. Si quando, de Rescriptis, exceptione 21. confutatione oppositorum n. 1. docet, compositiones factas apud Apostolicam Sedem, applicando aliquam pecuniam piis operibus, non fieri per modum contractus aut pretii, sed per viam cujusdam poenitentiae & gratiarum actionis: ergo eodem modo poterit Episcopus illam multam imponere.

Ad hoc, inquam, argumentum respondet n. 9. id licere Pontifici, qui non subicitur legibus Concilii, & tanquam Legislator poterit obligationem ac vinculum legis in aliud commutare: quod inferioribus non licet.

198. Sed contra: hoc est, quod quaeritur, an Concilium hoc prohibeat. Deindè; jam ostensum est, inferiorem non imponere tali casu absolutam obligationem eleemosynarum, sed potius dispensatum sibi ipsi illam imponere, acceptando dispensationem sub illo onere datam, eaque utendo. Denique; si Legislator propriis legibus subiciatur, quidni etiam Pontifex legibus Concilii generalis, à se approbati? Nam hoc ipso, quòd approbat Concilium, facit leges Concilii leges Pontificias, ut Omnes fatentur.

Scio, scriptum esse in eodem Concilio sess. 25. de Reform. c. 21. Postremò S. Synodus omnia & singula sub quibuscumque clausulis & verbis, quae de morum reformatione atque Ecclesiastica disciplina. tam sub sel. rec. Paulo 3. ac Julio 3. quam sub Beatissimo Pio 4. Pontificibus Maximis, in sacro Concilio statuta sunt, declarat ita decreta fuisse, ut in his, salva semper auctoritas Sedis Apostolicae & sit, & esse intelligatur.

199. Sed patet, id accipiendum esse de illo tempore, quo nondum Decreta illa erant à Sede Apostolica approbata; cum enim Pontifex sit supra Concilium, Decreta illa nullatenus poterant eum obligare, antequam propria voluntate in ea consensisset.

Postquam autem consensit, & ea confirmando fecit sua, jam illis obligatur, sicut alius quilibet Legislator propriis suis legibus, & non aliter.

Undè sicut inferior Legislator potest in propria lege dispensare, eam commutare, abrogare &c. ita etiam Pontifex potest in Decretis Concilii Trid. dispensare, ea commutare, abrogare &c. Atque hoc sensu in ipsis salva semper auctoritas Sedis Apostolicae & est, & esse intelligitur.

Sola ergo difficultas est; an Concilium Tridentinum, quod dedit Ordinario potestatem dispensandi in denuntiationibus, etiam dederit potestatem commutandi, sive potestatem dispensandi cum aliquo onere, de novo imponendo. Abbas in d. cap. Licet, de Feriis, sic ait: Nota ultimò; quòd quando ex necessitate quis intendit circa opus fervile, debet in compensationem facere aliquam eleemosynam, & facit ut is, cum quo ex aliqua causa dispensatur circa jejunium, faciat aliquam eleemosynam.

Respondet Sanchez sup. n. 11. hanc doctrinam Abbatis de solo Pontifice esse veram. Sed hoc est quod quaeritur. Et sanè Abbatem non fuisse locutum de solo Pontifice, indè videtur colligi, quòd pro dispensatione in jejunio non soleat recurri ad Pontificem. Si autem Episcopus potest imponere eleemosynam, quando dispensat in jejunio, cur non similiter, quando dispensat in denuntiationibus?

Et verò in aliquo casu posse, docet etiam Sanchez sup. n. 10. Quando, inquit, delictum præberet justam dispensandi causam, ut concubinatus aut virginis defloratio, tunc non ob dispensationem, sed in delicti poenitentiam, posset Ordinarius aliquam multam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem delicti, potest in delicti poenam aliquid imponi, justum enim est, ut poenas det. Hæc ille.

Ergo similiter, dicit aliquis; quando verò recundia v. g. præbet justam causam dispensandi: cum non teneatur Ordinarius dispensare, cur non poterit injungere aliquam eleemosynam, non præcisè ob dispensationem; sed per viam cujusdam gratiarum actionis? Justum enim est, ut gratias agat, cum quo gratiosè dispensatur.

Respondeo; in hoc casu non adesse alium titulum, præter dispensationem; dicatur id fieri, per viam gratiarum actionis, parùm refert; quia illa gratiarum actio non debetur, nisi propter dispensationem; quando autem imponitur eleemosyna per modum poenitentiae, aliud adest titulus præter dispensationem, scilicet poenitentia delicti; adeoque tunc verè gratis dispensatur. Sicuti gratis

Potest in his dispensare, eas commutare &c.

200. Abbas docet dispensantem in jejunio posse imponere eleemosynam.

Non videtur locutus de solo Pontifice, ut vult Sanchez.

201. Cajus, in quo Episcopus, secundum Sanchez, potest imponere eleemosynam.

202. An etiam quando dispensatur propter verò recundiam.

tis facerem sacrum pro alio, tamen ipsi obligarem ad eleemosynam tertio conferendam in poenam delicti; secus si per viam gratiarum actionis.

203. *Resolutio finalis.*  
Hæc dicta sint disputationis causâ. Resolvendo autem dico: quando aliunde adest iusta causa dispensationis, sive sit debita dispensatio, sive voluntaria, existimo in casu proposito, id est, quando dispensatur in denuntiationibus, nihil oneris esse imponendum, sive per modum contractûs & pretii, de quo nemo dubitat, sive per modum gratiarum actionis; sed ad summum per modum poenitentiae pro peccato commisso.

Dixi consulto: *Quando aliunde adest iusta causa*: quia si causa allegata se sola non sufficiat, posset pro supplemento imponi pecuniaria compensatio in sumptus publicos. Sic videmus Pontificem aliquando dispensare in impedimentis Matrimonii, v. g. in consanguinitate, quando gradus aliquantum est remotus, absque alicujus causæ allegatione, quàmquam nec tunc dispenset absque causa. Tunc enim copiosior pecuniaria compositio exigitur ab eo, cui est dispensatio indulgenda: atque ea est ad sumptus publicos. Quæ utique sufficiens atque iusta causa reputatur dispensandi in gradibus; non ita proquinquis.

204. *Probatio à simili in indulgentiis.*  
Sicut Indulgentias universas, in Diplomatum concessas, quæ, secundum Omnes, iustam causam expostulant, iustas reddit eleemosyna pecuniaria, contributa per accipientem Diploma, convertenda in belli contra impiissimos Turcas ac alios infideles subsidium, aut alios sumptus publicos. Id enim valde bono communi confert. Ita Sanchez lib. 8. disp. 19. n. 35.

Ergo similiter in casu proposito, compositio pecuniaria posset esse vel totalis, vel partialis causa dispensandi in denuntiationibus. Quæ enim ratio disparitatis?

Sed progrediamur ad alia. Quæro: quid si Ordinarius nolit dispensare, ubi & quando non solum posset, sed deberet dispensare? Responderet:

CONCLUSIO VII.

Si Ordinarius neget dispensationem debitam in denuntiationibus, non hoc ipso censetur concessa. Ordinarius alterius contrahentium potest dispensare cum utroque.

205. *Petitio dispensationis*  
Non loquor de dispensatione indebita seu omnino voluntaria; quia certum mihi est, quod tali casu maneat obligatio le-

gis; cum nupiam in iure expressum sit, potentem dispensationem in aliqua lege, hoc ipso dispensatum esse, quod subest iusta causa dispensandi; sive Superior velit, sive nolit dispensare. Sine autem tali pure, non probatur, tali casu cessare legem seu obligationem legis?

Nonne dispensatio actus jurisdictionis est? Et quo fundamento, si dispensatio potest auferat obligationem legis? Nuncquid petitio actus jurisdictionis? Porro quid dispensatione, si sola iusta causa dispensationem exculare potest?

Nihilominus docent Aiqui apud Sanchez sup. n. 26. quando est causa iusta dispensandi, si non sit Episcopi copia, petita licentiam, absque legitima causa, debet, posse contrahi absque denuntiationibus; & inter has causas numerantur: *secunda* est, quando aliquibus vel deest, vel est in jugium, & timetur impedimentum; *tertia* est, quando concubinari in contractum, ut videntur poenam, *quarta* est, ut sic se esse conjugatos aliam. *Quinta* est, quando parentes vel tutores non volunt Matrimonio collocare, ut patentes consumant. *Quarta* est, quando contrahentes sunt Magnates. *Quinta* est, quando non est timor impedimenti inter contrahentes. *Sexta* est; ob reverentiam, quia alter est nobilior, alter ditior, nobilior vel lenior.

Ita tenet Sotus 4. dist. 28. q. 1. n. 2. concl. 3. vers. *Ex his primis colligitur, ibi* Ruffus in illis supra recensitis eventibus, quibus ratio admonet, ut Episcopus dispenset, si copia Episcopi haberi tunc non potest, nec potest, neque excommunicationis sententiam incurritur contrahendo. Ad hæc, si Episcopus petita facultatem sine causa deegerit, profecto tunc contrahentes non peccabunt, neque excommunicationis vinculum gabuntur. Hæc ille. Sed sine allegatione, sive ex iure, sive ex ratione, ipse asserendo probaverit, ego quoque probavero.

Nego itaque in omnibus istis casibus recensitis, si desit copia Episcopi, petita licentiam absque legitima causa, debet, posse contrahi absque denuntiationibus; quia non in 4. 5. & 6. casu, in quibus dicitur, est Episcopo dispensare, ut patet procedenti Conclusi. Fortè Sotus sentit, omnium dispensationem esse debitam ex iustitia distributiva.

Porro secundum Sanchez sup. cum 2. Quoties Episcopus tenetur dispensare, hoc grave periculum in mora expectandi denuntiationes, nec potest haberi copia Episcopi, ut dispenset, potest illis omittis contrahi Matrimonium; ut si malitiose impediatur, aliqum Matrimonium veliti, vel contrahentes

B O S  
Sacrum  
paris

est in articulo mortis, expeditque ad legitimam prolem, vel ut in bono statu deccadat, Matrimonium. Hæc ille.

Et num. 29. sic ait: Idem dicendum est, quando in iisdem casibus, quibus tenetur Episcopus dispensare, absque legitima causa dispensationem denegat. Quia cum sit debita, injusteque negetur, perinde est, ac si concederetur. Ita Sanchez. Ergo ex suppositione, quod in illis sex casibus dispensatio sit debita, secundum Sanchez vera erit doctrina Soti & Aliorum, quos citat ipse sup. n. 26.

209. Sed nunquid vera doctrina Sanchii? Probatur 1. ex illis juris, in quibus dicitur, quod si quis non legitime legit. Sed nunquid vera doctrina Sanchii? Probatur 1. ex illis juris, in quibus dicitur, quod si quis non legitime legit. *Obser. jejuniorum, ibi: Cum autem quæsiu, quæ sit illis penitentia injungenda, qui dicitur Quadragesimalibus, quo tempore tantæ famis inedia ingrebat, quod magna pars populi, propter inopiam annonæ, periret, carnes comedere sunt coacti. Respondemus, quod in tali articulo illos non credimus puniendos. Et infra: Præterea de illis, qui in Quadragesima, vel in aliis jejuniis solemnibus, infirmantur. & petunt sibi eum carniui indulgeri. Respondemus, quod cum non subjaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum urgens necessitas exigit, supportare potes & debes, ut majus in eis periculum evitetur.*

Idem habetur c. 4. de Reg. juris: *Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbatum custodiri præceptum est: Machabei tamen sine culpa sua in Sabbato pugnavant. Sic & hodie si quis jejunium frangerit ægrotus, reus voti non habetur. Et cap. Quanto, 4. de Confect. ibi: Tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate (quæ legem non habet) omittere &c.*

210. Probat 2. ex doctrina Abbatis cap. Relatanda pro. tum, n. 6. de Clericis non residentibus; ubi docet, quamvis, juxta illum textum, Clericus nequeat abesse absque Episcopi licentia à beneficio; si tamen tempus vel locus non patiantur petere licentiam, posse absque illa abesse, per leg. 1. ff. de Exercito. act. in fine principii, ibi: *Nam interdum locus vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium. Et 1. Tutor qui repertorium, ff. de Administ. tur. in principio ibi: Tutor qui repertorium non fecit, dolo malo secisse videtur, nisi forte aliqua necessaria & justissima causa allegari possit, cur id factum non sit. Et paulo inferius: Nihil itaque gerere ante inventarium factum, eum oportet, nisi id, quod nec modicam dilationem expectare possit.*

211. Sed hæc probatio (inquit Pontius lib. 5. c. 32. n. 7. in fine) non mihi videtur sufficiens: posset enim aliquis dicere, in ejusmodi casibus eam decisionem habere locum, quia lege ipsa exceptiones dantur, quod non ita in nostra specie constitutum est. Hæc ille.

Rectè quidem; nisi quod in nostra specie seu lege detur exceptio casus, quo fuerit probabilis suspicio, Matrimonium malitiosè impediri posse. Unde & sup. diximus, eum casum nosse comprehendi lege; ac subinde non esse necessariam dispensationem, quando de eo certò constat. Quantum ad alios casus, scitè dixit Pontius, exceptiones eorum non dari in ista lege, & ideo probationem illam minus esse sufficientem.

Quare (inquit Basiliius sup. n. 8.) melior & unica ejus probatio desumenda est ex generali doctrina, quæ traditur in materia de Legibus, quando habeat locum Epikeia. In primis enim habet locum, quoties lex deficit aliquo modo contrariè; quam doctrinam indicat D. Tho. dum semper ponit exemplum in casibus, in quibus lex deficit contrariè: ut si redditio depositi sit ad nocendum innocenti, vel si observare præceptum non aperiendi portas civitatis noctu, sit in perniciem plurimum civium, quos hostes insequuntur.

Et in 2. 2. q. 120. requirit casum, in quo legem observare sit nocivum, & subdit: *In his ergo & similibus casibus malum est, sequi legem passivam. Ubi Cajetanus sic declarat rationem Epikeiæ; quia sequi verba legis, in quibus non oportet, vitiosum est.*

Et eodem modo loquitur 1. 2. q. 96. a. 6. & 2. 2. q. 117. a. 3. ad 2. ubi generaliter ait: *Si autem ex aliqua rationabili causa quis statutum non servet, præcipue in casu, in quo etiam si legislator adesset, non deberet esse servandum; & ubi transgressio non constituit peccatum mortale.*

Et quamvis inter Thologos magni nominis dissentio sit; an verè, ut lex deficiat contrariè, & habeat locum Epikeia, necessarium sit, ut tam observare sit malum & nocivum; dum Quidam negant, Alii affirmant; & licet hoc posterius mihi probabilius videatur; attamen in illis casibus, de quibus loquimur, non est ea dispensatio necessaria, cum verè in illis deficiat lex contrariè; ita ut servare tunc legem denuntiationum, sit nocivum. Nam concurrunt duo præcepta; unum positivum Ecclesiasticum servandi denuntiationes, aliud alterius vitutis, charitatis, misericordiæ, salutis proximorum, quæ magis urgent & præponderant; atque adeo in eo casu iniquitas esset, denuntiationis tempus expectare, & ideo omnis illius legis obligatio cessat, etiam si sit recursus ad Superiorem.

Cum enim Superior non possit id, quod iniquum est, præcipere; non est opus ad illum recurrere, ut ea lex servetur; imò neque licentiam petere, licet non obtineatur; nullo enim jure cogimur illam licentiam petere, neque ex natura rei est necessaria,

proptet

212. Tertia probatio ex Pontio. Quando Epikeia habeat locum. D. Tho.

Cajetanus.

213. An sit necessarium ut observatio legis sit mala? Pars affirmans videtur Pontio probabilior.

Dis

Suarez.

propter rationem dictam, ut rectè docet Franciscus Suarez l. 6. de LL. c. 8. num. 1. Huculque Pontius.

214. Auctor patet sufficere, quod observatio sit nimis difficilis.

Cui lubens subscribo, eo excepto, quod mihi probabilis videatur, Epicheiam locum habere, etiam ubi observare legem non est malum. Sufficere quippe videtur, quod observatio ita difficilis sit, ut communiter superet fragilitatem humanam; sicut enim à principio non potest Legislator humanus præcipere actum, qui suâ difficultate humanam fragilitatem communiter superet; quippe finis legis est bonum commune, cui opponitur communis transgressio legis, quæ nata est indè sequi; sic itidem, dum jam positâ lege occurrit talis casus, in quo observatio legis est aded difficilis, ut communiter superet humanam fragilitatem, id est, in quo nata est sequi potius transgressio legis, quàm ejus observatio; in hoc, inquam, casu nequit Legislator obligare, tamen velle; quia potestas legislativa data est non in destructionem, & laqueum animarum, sed in ædificationem.

215. Quid sit Epykia, ex Aristotele.

Et hæc etiam est vera Epykia id est Emendatio legis (ut eam definit Aristoteles 5. Ethic. 10.) ex ea parte, quâ deficit propter universalem. Itaque universalitas verborum legis in causa est, quare oporteat hæc & nunc legem emendare: Lex quidem omnis (inquit Aristoteles ibidem) universalis est: fieri autem non potest, ut de quibusdam universaliter rectè dicatur. In quibus igitur universaliter quidem dicere necesse est, fieri autem non potest, ut rectè dicatur, in his lex id accipit, quod fit plerumque, non ignorans peccatum. Et est nihilominus recta. Peccatum enim non est in lege, nec in Legislatore, sed in ipsa rei natura. Continua namque rerum earum, quæ sub actionem cadunt, natura talis est. Cum igitur lex quidem universaliter loquitur, in his autem præter universale quidpiam accidit, tum rectè sese habet, ut eâ parte, quâ Legislator omisit atque peccavit, absolute locutus, emendetur defectus. Quod & ipse Legislator si adesset, hoc modo dixisset, & si scivisset, jubentem legem tulisset. Hæc ille.

216. Declaratur necessitas Epykia ex Sumario.

Quæ sic explicat Suarez sup. c. 6. n. 4. dicens; necessarium esse, ut lex humana definat obligare in particulari aliquo eventu, quia lex universaliter fertur, & fieri non potest, ut universalis dispositio legis humanæ in omnibus particularibus ita sit recta, quin aliquando deficiat; quia res humanæ, circa quas humanæ leges versantur, innumeris subsunt mutationibus, & casibus contingentibus, quos nec Legislator humanus semper prævidere potest: nec si posset, illos omnes posset convenienter in particulari excipere, quia infinitam confusionem & perplexitatem in legibus induceret, quod esset multò majus incommodum: ergo ne-

cessè est, ut lex humana, generaliter lata aliquibus casibus non obliget propter rationem rerum in eis contingentem.

Neque indè fit, ait Aristoteles, legem esse rectam, quia potius recta non est in talibus casibus obligare: & ad ejusmodi tunc sufficit, quod acceptum est, ut dicitur etiam in Legibus, l. 3. & seqq. Defectus ergo, ait Philosophus, non est in lege, neque in Legislatore, sed in natura, id est, in materia contingente mutabilitate, tam contingente mutabilitate, quam explicare, propter rationem explicatam, idè ex natura rei in lege humana habetur, licet illa conditio vel exceptio, licet explicetur distinctè, quia alias non est iusta & rationalis. Ergo ex ipsa legis humanæ, considerata mutatione materię, in qua versatur, necessario, ut ejus obligatio, aliam particulari cesset, non per extrinsecam mutationem, sed ex sola materię, licet non mutatione. Huculque Suarius.

Atque ex his patet jurem esse non esse reservatum ipsi Legislatore, ratio clara est; quia non solum Legislatorem cessum est judicare, an actus lege præscriptus hic & nunc sit licitus vel illicitus, utilis vel nocivus bono communi, possibile vel impossibile, seu nimium difficultis, cum hoc dependeat ex diversis circumstantiis, quas Legislator humanus non potest omnino semper cognoscere; adeoque minus profundum esset subditis, si ipsi non possent in illis circumstantiis judicare, an lex obliget, an non; maxime cum tales circumstantiæ possent occurrere, in quibus licet Principes vellet obligare, tamen non posset obligare, ergo videtur ipsi illud judicium non esse reservatum, sed à quolibet satis prudenter fieri posse; siquidem potest derogatur auctoritate Principum, quæ natura rei, aut jure positivo hoc præceptum. Quotiescumque ergo taliter constat subdito, quod Legislator voluit aliquem casum comprehendere, et ubi legis sint generalia, licitum est contra illa operari, absque recurru ad ipsam.

Cum ergo constat impræsentiarum, & dentium noluisse comprehendere legem, & nuntiationum casum probabilis suspitionem malitiosi impedimenti, quando constaret tali suspitione, potest quis contrahere matrimonium, non præmissis denuntiationibus, etiam sine recurru ad Ordinarium. Et idem est de aliis casibus, non expressè Tridentino, quando similiter constat, vel Tridentinum non potuisse illos comprehendere re suâ lege, aut certe noluisse. Sed quia non id constat, ideo solet fieri recurru ad Or-

dinarium, ut ipse sua auctoritate dispensando, suppleat defectum causae per se excusantis.

Sive ergo dispensatio debita sit, sive non, si revera causa per se non excuset, & Ordinarius neget dispensationem petitam, nequit petens contra legem operari, id est, contrahere sine denuntiatiombus, quidquid Sanchez supra dicit n. 29. cujus fundamentum apud me non valet quidquam.

Quæris, quod sit illud? Quia cum sit debita, injustè que negetur, perindè est, ac si concederetur. Quod in multis casibus fallit, scilicet in omnibus illis, in quibus jure positivo non statuitur: Alioquin approbatio Confessarii, injustè negata, censeretur concessa; potestas absolvendi a reservatis, injustè negata, censeretur concessa; item licentia loquendi de auditis in Confessione, injustè negata, censeretur concessa; beneficium aut officium injustè negatum, censeretur concessum, & sic de cæteris, quæ omnia, an Sanchez admitteret, nescio; ego saltem non ausim admittere; & idè etiam dico, dispensationem injustè negatam, minimè centeri concessam, cum id nullo jure statuatur; ac proindè manet vinculum legis, nisi talis sit causa, quæ secundum dictamen Episcopii per se tollat obligationem.

Porrò non omnem causam, quæ obligat Superiorem ad dispensandum, per se esse sufficientem ad eximendum ab obligatione, vel indè patet; quod alioquin non esset opus dispensatione. Esse autem quandoque necessariam dispensationem, etiam ubi Ordinarius tenetur dispensare, videtur docere Sanchez ead. disp. ubi n. 12. quærit; an si, existente causâ justâ ad dispensandum in denuntiatiombus, nolit Prælati dispensare, possit appellari ad Superiorem. Respondet porrò n. 20. Prima Conclusio sit, quando jus ex aliqua causa præcipit dispensationem, tunc si nolit iudex dispensare, potest appellari quoad effectum devolutivum & suspensivum, quia ille, cum quo dispensandum est, actionem habet ex præcepto legis, ut secum dispensetur.

Et n. 21. Secunda, inquit, Conclusio: id non præcipit jus, sed conscientie Ordinarii relinquit, an expediat dispensare: tunc si talis ad sit causa, ut teneatur dispensare, juxta tradita n. 6. placet tertius modus conciliandi Glosas, propositus n. 16. ut non admittatur appellatio, quoad effectum suspensivum; non enim iudex tenetur illi deferre: quia non habet aliquam actionem, petens dispensationem, cum nullo jure præcipiatur dispensatio: at habebit appellatio effectum devolutivum: quia devolvetur causa ad Superiorem, qui ex officio potest compellere inferiorem, ut dispenset,

sicut contingit in obligatione naturali, in qua licet non detur actio civilis: at potest invocari officium iudicis, ut compellat. Hæc ille.

Sed quid opus est appellare, si (ut vult idè Auctor ead. disp. n. 29.) dum est debita dispensatio, injustè que negatur, perindè est, ac si concederetur? Nunquid appellari potest ad Superiorem, quando dispensatio expressè conceditur? Struta est hujusmodi appellatio. Igitur vel non potest appellari, quando dispensatio injustè negatur; vel certè dum injustè negatur, non est perindè, ac si concederetur.

Hinc rectè Pontius supra, n. 10. In primis, inquit, certum est, quando Episcopus tenetur concedere dispensationem, injustè denegat; & in eo casu ab ejus injustitia appellari posse ad Superiorem, dicit Tho. Sanchez disp. 10. q. 2. At in eo casu nullâ appellatione opus est, cum possint contrahentes etiam sine Episcopi consensu contrahere. Ita Basiliius.

Quod ego intelligo; quando alioqui causa, propter quam tenetur dispensare, talis est, ut per se sufficiat absque dispensatione. An autem nequeat dari causa, per se insufficientis, propter quam tamen teneatur Ordinarius dispensare, hoc est, quod quæritur, & videtur ab hoc Auctore negari.

A quo peto ego: Episcopus tenetur dispensare, imò potest dispensare in lege, quæ non est? Nonne dispensatio est relaxatio juris in casu particulari? Et quomodò potest relaxari jus, quod non existit? Si ergo in casibus, in quibus tenetur Episcopus dispensare, lex deficit contrariè, & cessat obligatio sive Episcopus dispenset, sive non, quomodò Episcopus tenetur in istis casibus dispensare, cum non possit dispensare? Nam antequam dispenset, jam cessavit obligatio legis, independentè à dispensatione.

Ut ergo in rigore hæc locutio sit vera: Episcopus tenetur in his casibus dispensare, oportet sint tales casus, in quibus lex non deficit contrariè; ratio tamen dispensandi hujusmodi est, ut Episcopus ex officio suo propter eam teneatur dispensare, sive tollere obligationem legis, alioquin permanuram. Et in istis casibus dico, non cessare obligationem legis, per hoc præcisè, quod non possit commodè adiri Ordinarius, aut quod Ordinarius injustè neget dispensationem.

Et tunc quæritur, uti etiam, quando dispensatio omninò est indebita, quæritur, inquam; an si Ordinarius neget dispensationem, possit appellari ad Superiorem. Cum enim Trid. dispensationem hanc relinquat prudentiæ & iudicio Ordinarii, non videtur habere locum appellatio, arg. cap. Statutum, de Referiptis in 6. §. Assessorum autem, sa.

G g g g g

222. Arguitur quod non in doctrina Sanchez;

223. Idque expressè docet Pontius.

In quo casu ejus doctrina sit vera.

224. Non potest dispensari in lege, quia non est.

225. Non videtur hic habere locum appellatio, arg. c. 11. de Referiptis in 6. junctâ Glosatum, de Referiptis in 6. §. Assessorum autem, sa.

ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, nisi eo indigeat, quod conscientie relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjungat: alioquin de suo proprio providere teneatur eidem.

Ubi Glossa verb. Relinquatur, sic ait: Per hoc verbum credo, quod pars non possit referre questionem judici delegato, scilicet dicendo, quod assessore non eget. Cum enim hoc conscientia relinquatur ipsius; ergo solus Deus hic, & nullus alius est iudex vel cognitor.

226. *Oppositum argumentum*: Clem. 1. de Jure Patronatus ait Pontifex: *Præcipimus autem Diocesis eiusdem, sub ipsius obtestatione divini iudicii, ipsorumque conscientias onerari, quod moderationem portionis ipsius debite faciant, nec odio vel favore, vel aliis in pluri vel minori circa illa scienter excedant.*

Ubi Glossa verb. Oneramus, inquit: Per hanc litteram, & ea quæ nos de Rescript. Statutum, §. Assessorem, lib. 6. videtur, quod per Patronos vel Presbyteros non possit Episcopo questio referri: & quod si appellarent patroni, dicentes, quod excessit, vel Presbyter dicens, quod portio non sufficit, Episcopus non deferret; fateor tamen, quod Superior, ad quem appellatum est, emendaret quod male factum esset, sup. de Appel. Pastoralis, in prim. Idem puto, cum ante lapsus termini est contentio inter Patronos, qui dicunt portionem antiquam, vel auctam per ipsos sufficere, & Episcopum hoc negantem.

Addi posset Gloss. in cap. Super his, de Accusat. ubi verb. Arbitrium, sic scribit: Hoc generale est, quod, ubi certa poena expressa non est in jure, arbitrio iudicis relinquitur, sup. de Offic. deleg. De causis, ff. de Jure delib. l. 1. in fine. Et à tali poena imposta potest appellari: secus à poena expressa in jure. ff. de verb. signif. l. antepenult.

227. *Varii modi conciliandi dictas Glossas ex Felino*. Primus. Has Glossas, præsertim duas priores, variis modis DD. conciliare conantur, quos refert Felinus in cap. Significasti, l. de Homicidio, n. 4. ibi. Etiam dicit ipse (Anton. intelligit) primam procedere per viam officii Superioris, misericorditer implorati. Idem sentit Baldus in leg. 2. circa finem, C. de Senr. ex brevic. recit. Aliter concordat Bald. in l. 1. in 2. col. C. de Reb. credi. ut prima Glossa procedat in his, quæ sunt parvi præjudicii; secunda in his, quæ sunt magni. Et hanc concordiam approbat Roma. in Rub. ff. de Arb. in 2. col.

228. *Tertius*. Aliter etiam concordat Dom. Mar. in c. Super his, in ult. col. de Accus. scilicet, quod prima procedat quantum ad hunc effectum, ut judicans non teneatur deferre appellationi, nec appellatio liget ejus manus, sed non excluditur gravatus; aded quod per Superiorem possit judicanti inhiberi, & sententia retractari. Allegat Dom. de Rot. decif. 44. quam non reperio. Sed in terminis

vide Imol. ita concordantem in cap. 1. 13. colum. sup. de Conflit.

Pro quo facit optimè Glossa in verb. Illud, in cap. Romana, in §. Si autem, de de pell. in 6. quam singulariter not. Dom. & Dom. Abbas in cap. Pastoralis, in pro. sup. de Appel. & retuli in cap. Ad d. dam, sup. de Hæret. in q. Urum in casu hæresis appelletur? Nam ita stant, ut unus appellare non possit, nec teneatur d. deferre; & tamen Superior simpliciter aditus possit inhibere & cognoscere, dictis locis. Et hanc concordiam posteriori. Hactenus Felinus. Quæ etiam concordia satis colligitur ex ipsa Glossa in Oneramus, ibi: Episcopus non deferret; Superior, ad quem appellatum est, emendaret.

Igitur ad propositum nostrum, si dispensatio debita est, & sic debita, ut, ut Ordinarius, obligatio legis cesset, tunc superius dixi, non est opus appellatione, ut possint contrahentes etiam sine appellatione Episcopi contrahere. Sin autem sit debita est, ut Episcopo non dispensatio obveniat obligatio, tunc appellatio procedat quoad effectum suspensivum, ut quoad effectum devolutivum; quia devolutiva causa ad Superiorem, qui ex officio potest compellere inferiorem, ut dispenset; tunc tenetur compellere; vel ipse dispenset; quia ut Superior tenetur inferiori errorem corrigere.

Quid ergo, si dispensatio debita non sit sed gratuita? Non est locus appellationi, cum injustitiam manifestè admittat, nec gravet; ut docet Felinus cap. Super his, de Accus. n. 12. ibi. Quibus limitat istam regulam, nisi lex permittat iudici facultatem dispensandi; quia non appellatur, si non lit dispensare, secundum Baldum in l. Cumque, in 12. colum. C. de Servit. Undè si statutum imponit poenam mortis & judex videt, quod propter poenam est periculum mortis, & non potest dispensare, non poterit appellari. Baldum ibi. Hæc ille.

Potest tamen in hoc casu officium Superioris implorari, ut ex officio & misericordia dispenset, aut faciat ut inferior dispense; quia quod pars petit, debitum non est, sed judex ex officio efficere potest, ut concedatur. Ita Sanchez sup. n. 24.

Audiamus quoque de hac re Averdam 7. sect. 2. §. Quod: Si existente (inquis) in ista causa nolite Prælatum dispensare (in denuntiationibus) tunc possent sanè subdistingui currere ad majorem alium Prælatum, ut ad Episcopum ad Archiepiscopum & Legatum, si hoc dicatur per viam appellationis, sive per modum simplicis supplicationis. In quo non oportet distinguere effectum dispensationis

IBIDEM  
Sacramentum  
patris

vum, ac devolutivum appellationis, dicendo appellationem valere tantum quoad effectum devolutivum, non vero suspensivum. Nam cum gravamen factum à minori Prælato, non consistat in aliquo positivo, sed purè in negativo, quia noluit dispensare; jam is, qui appellat, non intendit beneficium suspensionis sententiæ, sed solum devolutionem concedat, dum interim minor Prælati non suspendit, sed exequitur suam sententiam, non concedendo dispensationem. Major autem Prælati, ad quem appellatur, potest, aut etiam pro urgentia causæ debet, vel jubere minori Prælato, ut eam dispensationem per se concedat, vel per se immediate dispensare. Hæc ille. Quæ coincidunt cum antedictis, quamvis fortè sit aliqua discrepantia quoad voces.

Restat ultima pars Conclusionis, quam docet Sanchez lib. 3. disputat. 7. n. 7. v. g. in eunt Matrimonium Cordubensis & Granatenfis, sicut potest alteruter Prælati ratione connexionis, utrumque copulare Matrimonio; ita eo ipso, quod dispensat cum suo subdito, ut absque denuntiationibus ineat Matrimonium, censetur consequenter dispensare cum alio: cum denuntiationes hæc, & dispensatio illa ordinentur ad Matrimonium, quod individuum est, consistens ex duplici extremo. Hæc ille, nullum citans pro se Auctorem, quod miror, nisi fortè putaverit rem esse omnino certam, cui à nemine contradici possit.

Sed, meo iudicio, res hæc non caret difficultate, quam bene proponit Pontius lib. 5. c. 31. n. 9. dicens: Sæpè potest contingere, ut impedimentum, quod in una diocesi notum non est, sit notum in alia; & ita ex dispensatione denuntiationum in una diocesi, non sequitur, per connexionem & colligationem aliquam, dispensatio in alia. In quo est valde diversa ratio in Matrimonio & denuntiationibus. Nam in Matrimonio, cum sit necessariò vinculum duorum, necessariò etiam sit, ut qui unum conjugere potest, possit & alium, est enim mutua conjunctio. At in denuntiationibus non est ita necessaria colligatio & connexio, ut satis constat. Hæc ille.

Propter quæ dicit se dubitare de veritate sententiæ Sanchez. Et meritò; quippe uterque Parochus habet jus denuntiandi in sua Parochia, imò tenetur denuntiare, & potest in una Parochia fieri denuntiatio, tametsi non fiat in altera. Ergo uno Ordinario dispensante, non solvitur à lege, nisi unus Parochus, subditus scilicet illius Ordinarii, qui dispensat; siquidem dispensatio est actus jurisdictionis, qui non potest exerceri nisi in subditum; jam autem Parochus alterius dice-

cesis nullatenus est subditus illius Ordinarii, qui dispensavit; ergo ipse per illam dispensationem non solvitur à lege denuntiandi contrahentes in sua Parochia.

Hinc Bonacina hic q. 2. puncto 6. n. 7. restringendam putat sententiam Sanchez ad Episcopum, in cujus diocesi celebrandum est Matrimonium; ita ut Episcopus, in cujus diocesi non est celebrandum Matrimonium, possit tantummodo dispensare cum sibi subdito.

Ratio, inquit est; tum, quia Episcopus, in cujus diocesi non est celebrandum Matrimonium, nullam habet jurisdictionem directam aut indirectam erga subditum alterius Episcopi, in cujus diocesi celebrandum est Matrimonium; tum, quia intantum potest dispensare in denuntiationibus cum utroque contrahente, in quantum ipse debet assistere Matrimonio sui subditi, aut in quantum alter, ab ipso delegatus, aut ei subditus debet assistere; cum autem in proposito casu ipse non assistat, nec alter ab ipso delegatus, aut ei subditus assistere debeat, ut suppono, sequitur Episcopum, in cujus diocesi non est celebrandum Matrimonium, non posse cum utroque contrahente in denuntiationibus dispensare: tum, quia alioquin facillè confunderentur jurisdictiones Episcoporum. Hæc ille.

Et eandem restrictionem indicat Gutierrez de Matr. c. 56. n. 10. in fine ibi: Ordinarius præterea alterius contrahentis, potest cum utroque dispensare in denuntiationibus, sicut potest alter Prælati ratione connexionis utrumque copulare Matrimonio. Quod præmaximè procedit in Prælato illius in cujus Parochia celebratur Matrimonium, & quamvis idem posset alter Prælati, nihilominus tamen, si ille nollet stare hujusmodi remissioni, non fineret Matrimonium sine denuntiationibus celebrari. Ita hic Auctor.

His tamen non obstantibus, Dicastillo disp. 3. n. 257. sequitur sententiam Sanchez sine aliqua limitatione; uti etiam Coninck disp. 27. dub. 6. n. 54. & Alii, quos citat ibi Dicastillo, qui putat præcipuam rationem desumi ex ipso Tridentino, Decreto sæpè citato, ubi id totum relinquit prudentiæ & iudicio Ordinarii. Cui, inquit, Decreto satisfiit, etiam si hoc iudicium & prudentiam interponat alterutrius contrahentis Ordinarius tantum.

Accedit: quod alter contrahens, ratione connexionis Matrimonii, est subditus etiam Ordinarii alterius. Causa enim Matrimonialis ratione duplici extremi conjuncti, est indivisibilis; specialibus verò difficultatibus alterius diocesis, facillè potest occurrere per Ordinarium dispensantem, præmittendo

G g g g g 2 dili.

235. Bonacina restringit sententiam Sanchez ad Episcopum in cujus diocesi celebratur.

236. Eandem restrictionem indicat Gutierrez.

237. Dicastillo & Coninck sequuntur sententiam Sanchez. Prima præmissio Dicast.

Secunda.

232. Pontius...

233. Pontius...

234. Pontius...

diligentiam, quam dicat prudentia. Hæc ille.

238.  
*Obiectio.*

Sed contra: etiam satisfit Decreto Concilii, si in una tantum Parochia fiant denuntiationes; nihil enim aliud requirit, quam ut fiant à proprio contrahentium Parocho; qui autem est proprius respectu unius, etiam est proprius respectu alterius, ut patet in assentia, ubi ratione connexionis Matrimonii, alter contrahens est subditus Parochi alterius. Causa enim Matrimonii, ratione duplicis extremi conjuncti, est indivisibilis; specialibus verò difficultatibus alterius diœcesis facile potest occurrere per hunc Parochum præmittendo diligentiam, quam dicat prudentia. Et tamen communis sententia docet, denuntiationes debere fieri in utraque Parochia vel diœcesi, si sponsi sint ex diversis diœcesibus.

*Solvitur.*

Respondeo: ex nudis verbis Tridentini non convincitur hæc doctrina; sed ex verbis Tridentini, juncta Declaratione Cardinalium & Rit. Romano ac communi praxi. Jam autem in casu proposito, neque invenitur aliqua Declaratio Card. quæ requirat dispensationem utriusque Ordinarii, neque in Rit. Romano ea præscribitur; & puto, quòd in praxi non observetur, sed potius oppositum.

239.  
*Respons. ad fundamentum Bonacinae, ex Dicastillo.*

Porro ad fundamentum Bonacinae, respondet Dicastillo supra n. 260. negando, illum qualem qualem modum jurisdictionis, non posse indirectè se extendere erga subditum alterius, eo ipso quòd debet cum suo subdito contrahere; cum Tridentinum absolutè Ordinarii prudentiæ & judicio reliquerit, & hic verè sit Ordinarius pro tali Matrimonio celebrando, & causa sit unica, indivisibiliter concernens duo extrema.

Negandum præterea est; ideò solum posse dispensare in tali Matrimonio, quia ipse vel delegatus aut subditus ipsius debebat assistere; quàmvis enim non assistat, nec teneatur, vel nolit assistere, satis est, quòd possit assistere tanquam Ordinarius, ut eo ipso habeat potestatem dispensandi, quam Concilium Ordinario commisit.

240.  
*Occurritur objectioni.*

Neque hoc modo confunduntur jurisdictiones, ut Bonacina contendit, sed alteruter Ordinarius potest, vel etiam uterque simul, si velit, vel alterutro negante, sufficere alter, in quo nullum est inconveniens; sæpè enim sunt plures, qui unam & eandem dispensationem possint dare modo prædicto. Hactenus Dicastillo.

Itaque hic non est major confusio jurisdictionum, quàm dum Ordinarius aut Parochus unius tantum contrahentium, assistit Matrimonio in Parochia alterius; neque majus inconveniens provenit ex illa dispensatione, quàm ex hac assentia.

Interim fateor, non esse omnimodam puritatem inter Matrimonium & denuntiationes; quia utrique Parocho non præcipitur, ut assistat, sicuti utrique Parocho præcipitur ut denuntiet; & certum est, unam denuntiationem non sufficere formaliter fore connexam alteri, sicuti una persona alteri per Matrimonium contrahitur; nam impossibile est, ut contrahatur Matrimonium, nisi inter duos; possit tamen esse, ut hic omittatur denuntiationem ex dispensatione Ordinarii, & non ibi.

Fateor, inquam, rem sic se habere, & de nostra nostram Conclus. non esse adeo certam quàmvis probabilior appareat; tum ex verbis Tridentini, in quibus non requiritur, si dispensatio Ordinarii, non autem Ordinarii: tum, quòd causa dispensationis superius allegata, indivisibiliter concernit utrumque contrahentem, ut patet contrahentium; tum, quòd nullus Auctoritas præcedere potui, absolute docet, dispensationem utriusque Ordinarii, quàmvis Pontius dubitet; & itaque nostram doctrinam ad Ordinarii, in quo contrahitur. Consultandi videntur de praxi, & ea sequenda, quia est optima legum intepres.

Nec obstat; quod supra dicitur, Concilium non solum contrahentium, sed etiam Parochis præcipere denuntiationes; possit autem fieri, ut Parochus, celebrans Matrimonium, non sit subditus Ordinarii dispensantis: non obstat, inquam, quippe nisi esset obligatio contrahentium, neque etiam est obligatio Parochi; nam tota ratio obligationis five legis denuntiationum, tenet ex parte contrahentium; neque Parochus solet petere dispensationem in denuntiationibus, sed ipsi contrahentes; vis autem dispensatione, Parochus, sine alio recurrendum Ordinarius, potest Matrimonium celebrare, & solet celebrare; ita ut obligatio videatur tantum esse accessoria dispensationem contrahentium; ex qua parte sumitur ratio dispensandi, in parte ex dictis; non autem ex parte Parochi. Jam verò juxta Reg. 42. de Reg. jur. in l. Accessorium naturam sequi contrahentium. Quo proinde posito vel infirmo, eodem accessorium ponitur vel infirmum.

Itaque dispensante Ordinario cum aliquo in denuntiationibus (five sit subditus ipsius, five habitacionis, five ratione solius Matrimonii, cum subdito habitacionis contrahentium) hoc ipso infirmatur obligatio Parochi, quam antecederet habebat denuntiationem Matrimonium sui subditi. Ratio est; quia jam subditus suus potest contrahere sine denuntiationibus; sic tamen, ut denuntiationes ante Matrimonii consummationem

fiant, ut edissero Concluf. fequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VIII.

Denuntiationes omiffæ ante contractum Matrimonii, præmittendæ sunt ejus consummationi, nisi Ordinarius planè relinquendas judicet.

men postea reus erit culpæ, re suâ utendo, si per contractum dominium acquirerit. Ergo similiter in casu præfenti; estò contrahentes deliquerint omittendo denuntiationes, tamen cum Matrimonium supponatur validum, & per consequens dominium acquisitum, non erunt postea culpæ obnoxii, re suâ, id est, corpore alterius utendo.

Sed contra 1. in contractu civili non est talis prohibitio usûs rei, per contractum acquisitæ, sicut est in Matrimonio. Secundo: in contractu civili non est periculum peccati in tali usu, sicut in Matrimonio usu ante denuntiationes est periculum fornicationis.

Si dixeris: nullum hîc est periculum fornicationis; quia supponitur, utentes moraliter esse certos, nullum subesse impedimentum, adedque cessat ratio legis.

Respondetur: estò cessaret ratio, cessare in casu speciali solum negativè, quod sufficiens non est, ut lex deobliget: at reverà non cessat, quia facilius & melius deteguntur impedimenta timore præcepti, & magis publicato Matrimonio. Aliàs similis ratio concluderet, eâ diligentia præmissâ, sive existente eâ certitudine, non esse mortale, celebrare Matrimonium omiffis omnibus denuntiationibus absque legitima dispensatione, cum idem sit finis; nimirum, ut facilius detegantur impedimenta.

Objiciunt præterea Adversarii: olim similiter prohibitus erat usus Matrimonii clandestini, & tamen multi affirmabant, non esse mortale, quando conjuges brevi tempore vellent sic manere, animo postea Matrimonium publicandi: ergo similiter modò, usus Matrimonii, antequam fiant denuntiationes, non erit peccatum mortale, quando brevi faciendæ sunt & publicandum Matrimonium.

Respondetur: antiquitus non fuisse præceptum præmittendi denuntiationes consummationi, quando contractui præmissæ non erant; sed non publicare fuisse mortale; quia aliàs commodè non poterat educari proles, Matrimonio parentum non constanti Ecclesiæ, & fuisset scandalum generatum ex simultanea habitatione, quæ omnia cessabant, cum brevi publicandum erat: nunc autem est tale præceptum, nec cessat inconveniens, fornicationisque periculum, propter quod evitandum hæc lex condita fuit.

Periculum, inquam, non aliquod particulare in hoc vel illo casu; quia ad hoc evitandum satè obligabat lex naturalis servandi castitatem; contra quam peccant, qui utuntur Matrimonio contracto, quando non sunt moraliter certi, nullum sub-

Congruè.

248. Evasio.

Præcluditur.

249. Objectio Adversarii.

Diluitur.

250. Quod sit illud periculum fornicationis, ob quod evitandum præcipitur.

G g g g g 3

245. Concilium Tridentinum in Conc. Trid.

In Belgio denuntiationes omiffæ ante contractum, non sunt ante consummationem, ex Syno.

246. An sit mortale eas omittere, si solent præmitti.

Præcipitur pariter in casibus.

247. Respondent Adversarii.

*pinxitur de-  
nuntiationes  
ante con-  
summatio-  
nem Matri-  
monii.*

esse impedimentum; sed est periculum ali-  
quod generale five generalis quidam timor  
& opinio periculi, morale, inquam, pericu-  
lum, quod semper subest, quamvis hic &  
nunc per accidens verum & reale peri-  
culum possit abesse. Si enim homines sci-  
rent, se posse uti Matrimonio, quando hoc  
periculum putant abesse, facile sibi id per-  
suaderent etiam tunc, quando revera sub-  
est; & sic sæpius copula foret fornicaria,  
estò putaretur conjugalis. Ac proinde bo-  
num commune postulat, ut obligatio legis  
non cesset, etiam tunc, quando moraliter  
certum est, non subesse verè & reale peri-  
culum in casu particulari, quod in aliis  
multis legibus usuvenit, ut nemo, qui ali-  
quantulum versatus est in rebus Theologicis,  
ignorat; unde supersecedo illis legibus  
referendis, quia obvia sunt.

251.  
*Quale sit  
peccatum  
omittere de-  
nuntiationes  
ex Dicastillo.  
Primo con-  
tra reveren-  
tiam debita-  
m Sacra-  
mento.*

Atque ex his Dicastillo disp. 3. n. 233.  
docet, peccatum in tali particulari casu non  
esse contra castitatem, sed contra reveren-  
tiam debitam Sacramento Matrimonii; &  
illi statui, in Ecclesia ad bonum commune  
approbato, quatenus scilicet Ecclesia judi-  
cavit, propter reverentiam prædictam, non  
solum prohibere Matrimonia iniri & con-  
summari, subsistentibus quibusdam impedi-  
mentis; sed etiam talem ac tantam diligen-  
tiam adhibere ad id præcavendum, qualis  
& quanta in præmittendis denuntiationibus  
continetur, quam semper præcipit ad-  
hibere, & non permittit omitti ante con-  
tractum Matrimonium; vel tunc omittas  
saltem præmitti vult ante consummationem,  
ut omnino præcaveatur periculum; nec  
liberat ab hac obligatione quemquam  
(nisi accedente dispensatione legitimi Su-  
perioris) etiam si fortè in aliquo casu parti-  
culari cesset periculum: expedit enim bono  
communi, sic hanc legem inviolabiliter ser-  
vare, etiam quando nullum apparet pericu-  
lum, ut hoc tutius & securius pro omni ca-  
su vitetur.

252.  
*Potest etiam  
in aliquo ca-  
su esse con-  
tra castita-  
tem.*

Non negaverim tamen, quòd si pruden-  
ter timeri possit aliquod periculum, five at-  
tentandi Matrimonii invalidi, ut sæpè con-  
tingere potest, non præmissis denuntiationibus  
ante contractum, five habendi copulam  
fornicariam, aut incestam, si saltem non  
præmittantur ante consummationem, tunc  
posse peccare prædicto peccato fornicationis  
aut incestus, aut attentationis Matri-  
monii invalidi, omittendo denuntiationes.  
Hucusque Dicastillo.

*Non solum  
conjuges pec-  
cant sed etiam  
Parochus.*

Nec solum conjuges peccant, non præ-  
mittendo denuntiationes ante consummationem;  
sed etiam Parochus, qui ex officio  
tenetur procurare, ut denuntiationes  
fiant juxta voluntatem Concilii Tridentini,  
quæ est, ut fiant ante consummationem,

quando licitè vel illicitè non sunt factæ  
ante contractum.

Immo ex obligatione Parochi, probè  
Sanchez sup. n. 3. obligationem corrigens  
Verum qui negant obligationem corrigens  
subesse impedimentum; facile etiam eorum  
fundamento negant obligationem Parochi.  
Undè illa probatio Sanchez non  
firma est, & videtur petere principium  
quia quæritur, an tali casu obliget præcep-  
tum Triden. five conjuges, five Parochus.

Sed & tertia probatio Sanchez non  
convincit. Ante Tridentinum non  
tantum Matrimonium clandestinum  
erat illicitum, sed etiam illius usus  
peccatum mortale; ergo similiter nec  
usus Matrimonii ante præmissis denun-  
tiationes erit peccatum mortale: cum con-  
trarius sit per Tridentinum. Hæc illi.

Facile responderent Adversarii in hoc  
audivimus, usum Matrimonii clandestini  
olim non fuisse mortalem, quòd  
publicandum erat Matrimonium, ergo  
similiter nec modò esse.

Dices cum Sanchez sup. n. 7. non  
non erat præceptum præmittendi denun-  
tiationes consummationi; nec autem est  
tale præceptum.

Sed hoc est, quòd quæritur; an tunc sit  
tale præceptum. Esse autem, non videtur  
probari sufficienter ex eo, quòd ante Tri-  
dentinum usus Matrimonii clandestini erat  
peccatum mortale; quia licet tunc obliget  
tali præcepto erat peccatum mortale, quan-  
do brevi non erat Matrimonium publican-  
dum; ita etiam modò absque tali præcep-  
to posset esse peccatum mortale, quando  
brevi non foret Matrimonium publican-  
dum; ergo ex eo, quòd antiquitus  
usus illicitus, imò mortalis in aliquo  
non bene sequitur, quòd sit taliter  
tunc, id est, præceptum obligans  
le; tamen brevi Matrimonium publi-  
candum vel per denuntiationes, vel aliter.

Itaque hæc melius & efficacius præ-  
tur tale præceptum, quam ex rebus  
dentini sup. in principio Conclusionum  
tis, quibus æqualiter præcipitur denun-  
tiationes fieri ante contractum Matrimonii  
& ante illius consummationem; ergo  
lis obligatio.

Sed nunquid plures denuntiationes  
sciendæ ante consummationem: an  
sufficiet una? Non videtur improbabile  
(inquit Dicastillo sup. n. 220.) quòd illi  
qui dicunt, unam scilicet tantum sufficere  
idque declarasse Declarationem Car-  
dinalium; quia ex uno capite, pro eo casu  
(quando scilicet est prudens suspicio mal-  
tiosi impedimenti) Tridentinum con-  
trarium

B O  
Sacramentum  
parochi  
D I C A S T I L L O

tum erat unâ denuntiatione, ante contractum Matrimonii faciendâ, & ex alio capite, unâ denuntiatione, postea factâ, satisficit Tridentino dicenti: *Ante consummationem fiant denuntiationes*: quia, numerus pluralis potest applicari omnibus Matrimonii, sic celebratis, quâvis pro unoquoque tantum fiat unica. Hæc ille.

256. Infero ego: ergo in omni prorsus casu, in quo licitè omisæ fuerunt denuntiationes ante contractum, sufficit unica post contractum, ante illius consummationem: quia per illam unicam satisficit Tridentino dicenti: *Ante consummationem fiant denuntiationes*: quia numerus pluralis potest applicari omnibus Matrimonii sic celebratis, quâvis pro unoquoque fiat tantum unica.

Occurrunt objectioni. Nec obstat: quod Tridentinum loquatur dumtaxat de casu malitiosi impedimenti; quia DD. unanimiter illa verba: *Ante consummationem fiant denuntiationes*, extendunt ad cæteros casus, in quibus sive licitè sive illicitè, omisæ fuerunt denuntiationes ante contractum.

257. Dices: disparitas est, quod in casu malitiosi impedimenti Concilium contentum sit unâ denuntiatione ante contractum, non sic in aliis casibus. Respondeo: saltem paritas est in illis casibus, in quibus Ordinarius dispensat ex rationabili causa in duabus denuntiationibus; nam tunc etiam Concilium contentum est unâ denuntiatione ante contractum.

258. Deinde; ratio quare ante contractum Synodus Tridentina sit contenta una denuntiatione, post contractum jam evanuit, ut suppono; alioqui si permaneret, sine dubio etiam unâ erit contenta ante consummationem illius; sed sicut dixi, supponitur, quod tota causa omittendi aliquas denuntiationes, seu dispensandi in illis, cessaverit Matrimonio jam contracto; & tunc quæro, ex quo colligatur, Concilium tali casu esse contentum unâ denuntiatione ante consummationem? Expectabo responsum.

Interim propono hanc quæstionem, an solum primâ vice consummare sit mortale vel toties quoties habetur copula? Henriquez lib. 11. de Matr. c. 16. n. 1. sic ait: Consummato semel Matrimonio, habet jam vir plenum jus & possessionem: nec uxori licet eum deserere, intrando Religionem: quare debet huic exigenti reddere debitum, etiam ante denuntiationes; nisi fortè excusetur ob periculum scandali, quod cessat, si brevi volunt publicare Matrimonium. Sic ille.

Quam utique doctrinam probat à simili in Comment. lit. b. dicens: Sic habens votum Religionis, si primâ vice reddat, peccat; quia licet vir petat jus suum, uxor tamen non debet reddere, nisi debito tempore & loco, ut si peteret in Ecclesia. Et tamen se-

mel consummato Matrimonio, tenetur deinceps reddere habenti jam plenam possessionem; quando ab eo statu non licet recedere in Religionem. Hæc ille.

Alii alio utuntur simili, dicentes: Jam hi violarunt Ecclesiæ præceptum, nec possunt refarcire: sicut qui in die jejunii primo manè scienter comedit, non deinceps peccat multiplicans comestiones. Et confirmatur; quia Multi asserunt, primam copulam ante Ecclesiæ benedictiones esse lethalem, non autem subsequentes; ergo similiter in hoc casu dicendum est.

Aliud simile.

Confirmatur.

Sed propter hæc similia non est amplectenda præfata sententia; quia nimium dissimilia. Nam quod attinet ad primum de Religionis voto; semel consummato Matrimonio, ratione fortioris vineuli Matrimonii consummati, redditur impotens ad implendum votum, & ideò reddere tenetur: at verò in casu nostro, adhuc potest conjux implere præceptum Tridentini, abstinendo ab ulteriori copula, donec fiant denuntiationes, nec tenetur contra præceptum illud reddere.

259. Propter hæc similia non est amplectenda dicta sententia. Resp. ad 1.

Ad secundum dic: jejunium individuum est, nec commodam patitur divisionem, cum ejus substantia in unica comestione consistat; quare factâ secundâ comestione, deinceps observari nequit: at præceptum non consummandi Matrimonium, est divisibile, veluti præceptum abstinendi à carnibus: nam in qualibet copula militat eadem ratio Tridentini; imminet enim fornicationis periculum, cum nondum adhibita sit diligentia, ab Ecclesia præcepta, ut facilius impedimenta detegantur; vel sic; in qualibet copula est eadem irreverentia & cautelæ defectus contra præceptum Ecclesiæ.

Resp. ad 2.

Atque hoc sit fundamentum oppositæ sententiæ, quam docet Sanchez sup. n. 5. & sequitur Dicastillo sup. n. 241. cum Aliis, quos citat Qui etiam Auctor n. 242. existimat exemplum jejunii verum non esse, si præcise ratione agamus, quidquid Alii dicant; nunquam enim (inquit) satisfaciunt argumento, sumpto ex natura præcepti negativi (quale esse præceptum jejunii efficaciter probatur) contra quod toties peccatur, quoties actus prohibitus fit; præceptum autem jejunii est: non comedere, nisi semel, id est, semel licere; ulterius non licere. Fingere autem præceptum Ecclesiæ, ut ipso tantum dicatur: *Semel poteris comedere, non verò secundo. Quod si secundo comedas, & pecces, postea jam non obligaris ad abstinendum*; semper mihi apparuit mera excogitatio oppositæ sententiæ, ad illudendum efficacissimam vim argumenti, sumpti ex præcepto negativo, & videtur petitio principii. Hæc ille.

260. Oppositam sententiam docent Sanchez, Dicast. & Alii. Dicast. putat simile de jejunio ex ratione non esse verum.

Quam etiam sententiam diffusè propugnat Idem sententia

Wiggers.

nat Wiggers tract. de Temperantia cap. 1. à n. 26. Et si vera est (sicut videtur esse, seclusâ praxi, & communi sensu fidelium) confirmat potius sententiam Sanchii, quàm infirmet: nam etiam in casu proposito præceptum est negativum, in quantum spectat conjuges, scilicet abstinendi à copula ante denuntiationes; ergo quoties non abstinent, peccant; quia toties faciunt actum per legem prohibitum, sicuti quia jejunium prohibet sumere plures refectioes, quàm unam, & prohibet comedere carnes, idè toties peccatur, quoties comeduntur carnes, & quoties sumitur nova refectio, præter unâ. Quid sit de his sententiis, de quibus non est hic locus disputandi, patet ex dictis, secundum illud simile de jejunio, nihil officere sententiæ Sanchez, de qua hic controvertitur.

261. Resp. ad 3. simile.

Sententia Henriquez ex parte plerumque Aversa.

Sed neque tertium simile; quia vel doctrina illa non est vera, vel multum dissimilis, ut videbimus suo loco, ubi de consummatione Matrimonii ante Ecclesiæ benedictiones. Igitur ex his similibus parvam, imò nullam probabilitatem accipit sententia Henriquez, quæ tamen, saltem pro parte, videtur placere Aversæ q. 7. sect. 2. §. penult. ubi sic ait: Et putandum quidem est, saltem primâ vice consummare, esse mortale peccatum, quia est contra peculiare præceptum Concilii & in re gravi. Quàmvis enim aliunde conjuges certi sint de sua libertate; tamen adhibenda est illa diligentia, quam Ecclesia præscripsit, sicut & ante contractum ipsum Matrimonii.

262. Ejus fundamentum.

Post verò primam consummationem, non videtur pariter peccatum, repetere copulam stante dictâ certitudine, quia sic moraliter non adest fornicationis periculum: & præceptum Concilii videtur peculiariter referri ad consummationem per primam copulam, & non ad omnem aliam copulam. Ac sanè majus inconveniens est ab initio consummare, quàm postea repetere copulam. Non tamen oportebit obligare conjugem rogatum, ad reddendum deinceps debitum: quia semper posset justè exigere, ut fiant denuntiationes.

Docet non esse licitum ad longum tempus in usu talis conjugii permanere.

Quinimo non esset licitum, velle perpetuò, aut ad longum tempus in usu conjugii, sive etiam in ipso conjugio absque usu, clam & occultè permanere, concilii solum Parochi & paucis testibus, ab initio adhibitis, sed ad summum id liceret pro brevi tempore. Ac debet omnino Matrimonium publicari, vel per modum illum denuntiationum, vel dispensante Prælato in illo modo, per alium modum oportunitatis. Nec videtur ad hoc extendi potestas Prælati, ut dispensare possit, ad perpetuò vel diu occultandum Matrimonium. Sed potius ad hoc ipsum

extenditur illa proclamatio Tridentini Clandestina Matrimonia Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis semper destricta esse que prohibuit. Hactenus Aversa.

Expendamus singula. In primis dicitur videtur pariter peccatum repetere copulam; tum, quia non est periculum fornicationis; tum, quia Tridentinum non videtur referri ad illam copulam.

Ast contra: etiam in prima consummatione non est periculum fornicationis, quod est eadem certitudo; nam prima consummatio nihil superaddit certitudinis, in quantum ad Tridentinum, si consummatur ad secundam copulam; ergo post primam consummationem, jam cessat obligatio denuntiandi; quia actus peccati factus impossibilis, scilicet denuntiatione te primam consummationem, vel certitudo à prima consummatione ante denuntiationes.

Igitur Tridentinum per se consummationem, vel intellexit solum primam copulam, quæ magis propriè vocatur consummatio, & sic liquet, nullum esse peccatum, si ante re copulam, ex vi præcepti Tridentini, intellexit omnem copulam; & tunc non video rationem, quare potius prima copula sit mortalis, quàm alia subsequens. Etdè enim sit majus inconveniens ab initio consummare, quàm postea repetere copulam, indè ad summum sequitur, quod sit majus peccatum mortale; interim si Tridentinum reverà extenditur ad posteriores copulas, & ipsæ erunt mortales; quia contra peculiare præceptum Concilii, & in re gravi.

Vel si non contra peculiare præceptum Concilii, ut videtur velle Aversa, quod dicit: *Es præceptum Concilii videtur peculiariter referri ad consummationem per primam copulam, & non ad omnem aliam copulam, & non ad omnem aliam copulam, quæro, contra quod præceptum sit, quare non oportet obligare conjugem rogatum, ad reddendum deinceps debitum.* Non enim justè potest exigere, ut tantò denuntiationes, cum jam amplius non obliget præceptum Tridentini.

Dicit, obligat præceptum naturale publicandi Matrimonium, ut proles debeat potius educari, & ne oriantur damna, sicut enim ex Matrimonio clandestino.

Respondeo, concedendo totum, sed illud præceptum optimè potest impleri sine denuntiationibus, à Concilio requisitis, per alium modum oportunitatis, ut ipse dicitur sup. supponit. Quod autem addit, *Dispensante Prælato, non accepto, tanquam necessarium, si verum est, quod ex præcepto Tridentini non sit obligatio.* Deinde dicit illi Auctor, quòd Matrimonium possit occultum pro brevi tempore; ergo factum

B O  
Sacramentum  
par  
D

pro illo tempore obligabitur conjux rogatus ad reddendum debitum, quia pro illo tempore non potest justè exigere publicationem.

CONCLUSIO IX.

Conscijs alicujus impedimenti, etiam sub secreto naturali, teneatur, per se loquendo, illud revelare, si sperat Matrimonium impediendum.

Denuntiationes ex præscripto Ritualis Romani Tit. de hoc Sacramento fiunt in hanc sententiam vulgari sermone: Notum sit omnibus hic presentibus quod N. vir, & N. mulier ex tali vel tali familia & Parochia, Deo adjuvante, intendunt inter se contrahere Matrimonium. Proinde admonemus omnes & singulos, ut si quis noverit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis aut cognationis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum invicem impediatur, illud quamprimum nobis denuntiare debeat.

269. Modus denuntiandi Matrimonium, ex Rit. Rom.

Ubi ly Debeat, non solum significat congruentiam, sed etiam ex communi consensu DD. strictam necessitatem seu obligationem; cumque materia gravis sit, sub mortali. Vim habent (inquit Averſa q. 7. sect. 4. in princ.) denuntiationes obligandi sub mortali eos, qui fortè noverint adesse aliquod impedimentum inter eos, qui contrahere volunt, ad illud detegendum, ne sequatur Matrimonium inter eos. Non quidem quasi ex sola auctoritate Parochi hanc vim accipiant: siquidem Parochus non habet facultatem ex se injungendi nova præcepta: sed hanc vim habent ex auctoritate Ecclesiæ, quæ ad hunc effectum denuntiationes instituit, ut obliget omnes, qui noverint impedimentum, ad illud revelandum.

Obligat sub mortali ad denuntiandum impedimentum. A verſa.

Et hi haberent, etiam absque denuntiationum præcepto, ex ipso, inquam, naturali jure talem obligationem, sed concurrentibus denuntiationibus obligantur quoque ex ipso præcepto Ecclesiæ. Et si interdum Prælati adderet præcepto, promulgando per Parochum, penam excommunicationis, adstringerentur etiam hæc censurâ impedimentorum consciis ad illa revelanda. In jure tamen communi non invenitur ulla poena aut censura ad hoc apposita. Hæc ille.

270. Etiam jure naturale ad id obligat.

In jure communi non apponitur poena.

Rogas; quod sit illud jus naturale? Respondeo: charitas proximi & reverentia Sacramenti. Hæc quippe obligat, ut impediamus invaliditatem Sacramenti, quando videlicet est impedimentum dirimens; illa autem ad impediendum damnum tertii, si ve corporale si ve spirituale, quod natum est sequi ex tali Matrimonio.

Quod sit illud jus naturale.

H h h h Tenen-

266. Rogabis (inquit Sanchez sup. n. 6.) quid dicendum sit, quando conjuges nolunt Matrimonio inito, facere denuntiationes, nec illud consummare? Navar. Sum. Latina c. 16. n. 38. fine, & Ludov. Lopez. 1. p. Instruct. c. 87. §. Sed quid ne aliquid, dicunt, contrahentes clandestinè, & nolentes uti Matrimonio, nec publicare, peccare lethali, si alter conjux publicari petat, vel sit incontinentiæ periculum (addit Navar. & nulla est justa causa differendi publicationem) aliàs non peccare mortaliter differendo per breve tempus, nisi ex ea occultatione sequerentur damna, & probabiliter timeantur, quæ ex Matrimonio clandestino solita sunt sequi. Et placet hæc sententia. Ita Sanchez.

267. Et Dicatillo sup. n. 245. Hanc sententiam, inquit, facillè admittero; sed non ita restrictam. Nam si non sequuntur, aut non timeantur prædicta aut similia damna; non solum per breve tempus, nec solum non mortaliter; sed nec per totam vitam, nec venialiter peccabunt. In nullo enim apparet ratio peccati; præceptum enim præmittendi denuntiationes, non est absolutum, sed ante consummationem; vel potius non est faciendi illas denuntiationes; sed non consummandi; nisi iis præmissis. Si ergo decreverunt nunquam consummare, neque est aliquod aliud periculum, non est unde etiam sub veniali obligentur, maxime, si aliquod inde damnum timeant, propagandi scilicet delicti commissi, contrahendo Matrimonium, denuntiationibus non præmissis. Hæc ille.

268. Dico ergo ad propositum nostrum: vel aliæ copulæ, præter primam, habent malitiam mortalem ex præcepto Concilii Tridentini; vel nullam habent, seclusis damnis, quæ possent oriri ex Matrimonio non publicato per denuntiationes, aut aliâ viâ. Undè tali casu non est opus aliquâ dispensatione Episcopi, neque Episcopus dispensare potest, ut maneat occultum, quando illa damna probabiliter timeantur; quia non potest dispensare in jure naturali, quod prohibet talia damna.

Si autem à me quaeritur, an vi harum denuntiationum teneatur, qui impedimentum novit, quamvis occultum, illud revelare? Respondeo citius:

271.  
Periurū est  
sive contra-  
hentes no-  
verint im-  
pedimentum  
sive non.

Aversa.

Tenentur (inquit Aversa sup.) impedimen-  
torum consilii ea revelare, sive ipsi contra-  
here volentes, vel eorum alter, habeant eor-  
um notitiam, sive sint prorsus ignari, &  
in bona fide mancant. Si enim habeant no-  
titiam, vigeat obligatio charitatis & præ-  
cepti, non solum ad hoc, ut vitetur Ma-  
trimonium nullum & irritum; sed etiam  
peccatum ipsum sic contrahere volentium,  
& omnia alia peccata, quæ deinceps com-  
mitterent, manendo in tali conjugio. Si  
verò in bona fide manebant, adhuc vigeat  
obligatio ad evitandum hoc tam grave in-  
commodum Matrimonii iriti & invalidi,  
& periculum peccati & scandali, si postea  
discant suum impedimentum. Hæc ille.

Addo ego: & ad evitanda peccata ma-  
terialia fornicationis, antequam discant  
suum impedimentum. Nam lex fraternæ  
correctionis obligat ad impedienda pecca-  
ta, etiam materialia tantum, maxime con-  
tra jus naturæ, quantum commodè fieri  
potest.

272.  
Debetur ve-  
lari etiam  
merè probi-  
ventia im-  
pedimenta.

Aversa,

Nec obligamur dumtaxat ad evitandum  
seu impediendum Matrimonium invali-  
dum, sed etiam illicitum; & ideo non so-  
lum debemus denunciare impedimenta dir-  
imentia, sed etiam merè prohibentia, ut  
habet communis doctrina. Quam ibidem  
trahit Aversa in fine d. f. & t. ibi: Debent de-  
nique revelari non solum impedimenta dir-  
imentia, cum quibus nullum & irritum  
esset Matrimonium; sed etiam merè probi-  
hentia, utpotè voti simplicis castitatis seu  
Religionis, sponsalitiæ promissionis alteri  
factæ, & si quæ sint alia. Nam licet ex iis  
impedimentis non immincat nullitas Ma-  
trimonii; imminet tamen peccatum con-  
trahentium, aut etiam injuria tertii, quod  
totum vitandum est; quamvis non tanto  
rigore & cautelâ in his procedendum sit,  
sicut in impedimentis dirimentibus.

273.  
Obiectio.

Sed, inquit aliquis, si jus naturale obli-  
get ad detegenda impedimenta, ad quid  
præceptum Ecclesiæ? Cur nequeat dici,  
denuntiationes solum ad hoc ab Ecclesia  
institutas esse, ut homines sciant hic &  
nunc suam obligationem naturalem denun-  
tians, & non ut de novo obligent? Sanè  
non sunt multiplicanda peccata mortalia  
sine necessitate: & verba denuntiationum  
sic commodè possent intelligi, ut ly *Debeat*,  
solum significet obligationem naturalem,  
ut sensus sit: *Illud quamprimum nobis de-  
nuntiare debeat, ex jure naturali jam explica-  
to.* Nunquid in aliquo casu obligat jus  
Ecclesiasticum, in quo non obligat jus na-  
turale? Ad quid ergo illa multiplicatio  
præceptorum in eadem materia, & ex eo-  
dem motivo?

Responsio.

Respondetur: ut firmius homines obli-

gentur, & sic infallibilis detegatur in-  
pedimenta, si fortè aliqui sint, qui im-  
pediant præceptum Ecclesiæ, quam pro-  
ceptum naturale seu divinum. Ceteroquin  
ut, quod interius sentio, clarè profiteretur  
terius, non video magnam necessitatem im-  
ponendi seu superaddendi novum præcep-  
tum Ecclesiæ, præcepto divino seu natura-  
li ostendatur mihi casus, in quo obli-  
gatur præceptum Ecclesiæ, & non præceptum  
naturale. Illud ergo casum expectabo.

Interim procedam ad principalem cul-  
tatem hujus Conclusionis, patet ad re-  
velationem peccati occulti, maxime quod  
cognoscitur sub secreto, & sub juramento  
secreti. De hac re sic loquitur Aversa  
sup. Item tenentur impedimentum divul-  
gere, sive sit aliis notum aut publicum secre-  
tum & occultum. Si talis sit, non  
non debet quisquam retrahi ex eo, quod  
extent alii, qui possunt revelare: an-  
guli hoc prætextu possent excusari, si  
nullus revelaret impedimentum. Quod  
tamen quis videret alios revelare, non  
satisfactum esset obligationi.

Si verò sit occultum: tunc, si per se  
sit infamiam, utpotè si impedimentum sit  
affinitatis ex culpa illicita, alioquin simi-  
is, qui id novit, poterit prius ac debet lo-  
cretò admonere illos ipsos, qui contrahere  
volunt, vel eorum alterum ad hoc, ut à tali  
conjugio contrahendo desistant, illis  
desistentibus, satisfactum quoque erit obli-  
gationi. Si autem nolint desistere, aut ad  
initio non sperabat, se privatâ admonitione  
apud eos profuturum, debet id, quantumvis  
occultum revelare Parocho aut Prælato,  
quia omnino præteri debet bonum animæ  
& valor Sacramenti bono famæ. Hæc ille.

Et post pauca: Tenentur, inquit, detegere  
etiam si id noverit sub secreto, & sub jurame-  
mento secreti. Paludanus quidem in  
27. q. 1. a. 3. cas. 9. indicavit humanum  
ri. Sed alii communiter docent, ut  
merito; quia adhuc præterea de  
proximi & validitas Sacramenti. Atque  
generalis est, secretum non obligat  
damno tertii, quod sanè hic imminet  
vissimum.

Dico: Sub secreto & sub juramento, non  
autem sub sigillo Sacramentali: quia  
sanè non teneretur, nec posset revelare,  
nec ejus revelatio esset acceptanda: non  
enim ob quodcumque damnum vitandum  
licebit unquam frangere sigillum Confes-  
sionis, dummodò, inquam, oriatur ex  
Sacramentali Confessione. Hæc Aversa.

Additur autem: *Dummodo* &c. quia  
indè aliqui dicunt: *Hoc tibi detego in Confes-  
sione*, cum tamen verè non sit Confessio,  
& ideo ejus sigillum non obligat, sed est

tantum secretum, quod non plus obligat, quam juramentum secreti servandi; imò dicunt Aliqui, non obligare majori vinculo, quam alia secreta naturalia, ut cum Aliis, quos citat, docet Navarr. Sum. c. 18. n. 55. ubi hæc scribit.

276. *Quid sit secretum in confessione.*  
Dixi: Sacramentalem, quia oportet esse talem, per quam poenitens verè confitetur peccata sua; non autem sufficit dicere: Hoc tibi dico in Confessione, juxta Innoc. Panorm. & communem, etiam si genibus flexis, & signo Crucis fronte signata id fiat, abque proposito confitendi peccata, & Absolutionem accipiendi; quia talis detectio non est Sacramentalis, nec majori secreti vinculo obligat, quam aliud extra Confessionem detectum, ut rectè determinat Sorus, & ante ipsum clarius & firmius Cajetanus, quem ille non refert, cujus rei ignorantia multi graviter errant, & eis, quibus detegunt, ingerunt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denuntiandi fertur excommunicatio, vel ut testes coram Judice sistuntur, vel urgentur necessitate denuntiandi, eò quòd sunt Reip. aut proximo perniciofa. Hæc ille. Quæ benè notanda sunt pro praxi.

277. *Non sufficit secretum in confessione.*  
Uti etiam quod ait Sanchez lib. 3. disp. 13. num. 3. Ut monitio secreta non profit, non satis est semel fieri, & non prodesse; sed oportet iterum atque iterum eam adhiberi, quamdiu prudentis arbitrio speratur correctio per illum, ut tradit D. Tho. 2. 2. q. 33. a. 8. ad 1. ibi: *Et ideo aliter dicendum est; quòd post admonitionem secretam semel vel pluries factam, quamdiu spes probabiliter habetur de correctione, per secretam admonitionem procedendum est.*

278. *Teneat quis revelare impedimentum nisi per illud fiat.*  
Quòd si objicias: expectatis his monitionibus occultis, sæpè evenire posse, ut transeat terminus in edictis propositus ad denuntiandum. Dic, terminum illum non incipere, quousque adhibita correctione fraternà debità, inveniat eam minimè prodesse. Quod tamen intelligendum est, nisi periculum sit in mora; quia v. g. prius inibitur Matrimonium, vel fur, qui denuntiandus est, fugiet, vel consumet rem ablatam, & non erit satisfaciendo. Hæc ille.

279. *Non sufficit secretum in confessione.*  
Sed quid, si aliquis solus sciat impedimentum, nec possit per alios testes probare? Tenetur (inquit Aversa sup.) impedimentum detegere. Major quidem in 4. dist. 21. q. 2. a. 3. & Supplem. Gabriëlis dist. 28. q. 2. a. 3. hoc negare videntur; & sequitur Pontius lib. 5. cap. 34. & approbat Diana part. 3. tract. 4. resol. 221. Sed apud Alios est res certa: quia nimirum revelanti in hoc casu, & ex mandato Ecclesiæ, non incumbit onus probandi: & ad Parochum seu Prælatum spectabit prospici-

tere, quidnam faciendum sit. Et sufficit etiam unus ipse testis sive denuntiator ad impediendum Matrimonium, ut habetur cap. Præterea, de Sponsalibus. Ita hic Auditor probat suam sententiam.

280. *Alia probatio.*  
Addo ex Sanchio supra num. 2. ubi docet eandem sententiam: Tenetur quilibet, saltem Superiore præcipiente, detegere peccatum, inferens tertio damnum, teste, D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2. ubi sic ait: *Circa ea, quæ aliter (id est, extra Confessionem) homini sub secreto committuntur, distinguendum est. Quandoque enim sunt talia, quæ statim, ut ad notitiam hominis venerint, homo ea manifestare tenetur, puta si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ, vel si quid aliud est hujusmodi, quòd quis propalare tenetur vel testificando vel denuntiando.*

281. *Pontius putat, non esse revelandum impedimentum quando contrahentes sunt in bona fide.*  
Ex hoc autem quòd impedimentum non detegatur, sequitur grave damnum: si enim sit impedimentum dirimens, manebunt conjuges in perpetuo concubinato, filiiq; erunt illegitimi: si autem sit solum impediens, est gravissima injuria Sacramenti Matrimonii, quod cum peccato lethali contra Dei & Ecclesiæ iurata.

282. *Præterea: hæc denuntiatio non tendit ad punitionem criminis admitti; sed ad vitandum, ne admittatur: ergo quàmvis denuntians probare nequeat: nec suum testimonium sufficeret ad impediendum, tenetur denuntiare, quia aperiet Prælato viam, ut diligenter inquireat de impedimento, & curet ipsos contrahentes tum monitionibus, tum etiam terroribus retrahere, ne tacito impedimento Matrimonium inceant.* Ita Sanchez.

283. *Pontius putat, non esse revelandum impedimentum quando contrahentes sunt in bona fide.*  
Sed quid ad hæc Pontius? Primò (inquit sup. n. 6.) si contrahentes sunt in bona fide, neque existimant subesse impedimentum; nulla est ratio, quæ suadeat, eum, qui solus novit impedimentum, manifestare debere; quia probari non potest impedimentum. Et quàmvis DD. nonnulli dicant, etiam quando probari non potest, esse obligationem manifestandi; ideo quidem dicunt, quia agitur de vitando peccato, & non inferendo damnum tertio, ad quod solus ille sufficit.

284. *Præterea: hæc denuntiatio non tendit ad punitionem criminis admitti; sed ad vitandum, ne admittatur: ergo quàmvis denuntians probare nequeat: nec suum testimonium sufficeret ad impediendum, tenetur denuntiare, quia aperiet Prælato viam, ut diligenter inquireat de impedimento, & curet ipsos contrahentes tum monitionibus, tum etiam terroribus retrahere, ne tacito impedimento Matrimonium inceant.* Ita Sanchez.

H h h h 2 men

mentum. Ergo nullum est peccatum, quod vitari debeat, nullum etiam damnium imminet, quod repelli necessarium sit, ejus autem testis dictum non sufficere, dicam modo.

*Citat pro se Em. Sa.* Atque ita hanc partem in eo casu, quo conjuges ignorant impedimentum, docet Emanuel Sa verb. Matrimonium, n. 23. ibi: Quidam putant, crimen occultum tacendum. Ego potius dicerem, tacendum, si illi bona fide contrahant; impedimentum nescientes.

282. Deinde (prosequitur Pontius n. 7.) etiam si contrahentes sint in mala fide, & illis notum sit impedimentum, & illud non est ortum ex peccato; quoties ille, qui novit, putat probabiliter non profuturum, non tenetur revelare; quod etiam docet Emanuel Sa expressè in hac specie d. n. 23. in fine ibi: Et quidem qui putat non profuturum, non debet revelare. Cujus ratio desumitur ex generali doctrina in materia de correctione fraterna, quod quando non speratur profuturum, cessat denuntiationis & correctionis obligatio. Hucusque Pontius.

283. Planè cessat denuntiationis obligatio; & idè in Concluf. addidi illam particulam: Si sperat Matrimonium impediendum. Et ratio est: quia aliàs frustranea esset denuntiatione, & ita actus otiosus; ut proinde tali casu finis legis cesset non solum negativè, sed etiam contrariè; maximè quando ex illa denuntiatione sequitur infamia tertii. Quòd autem non possit sperari Matrimonium impediendum, quando unus tantum novit occultum impedimentum, hoc probandum restat Pontio.

284. Audiamus ipsum sup. n. 8. Quòd si quis dicat, unus testis denuntiationem profuturam, quia impediatur Matrimonium, cum unus testis sufficiat ad impediendum. Contra, inquit, est: quia id non potest esse verum in casu, de quo loquimur, quando impedimentum non est ortum ex peccato.

*Videtur Pontio quod non, quando impedimentum non est ortum ex peccato.* Pone aliquos habere impedimentum consanguinitatis, aut affinitatis, aut cognationis spiritualis, quod unus solus novit, non potest unus testis sufficere ad impediendum. Quia contrahentes non repellentur à Matrimonio contrahendo, nisi propter affinitatem & consanguinitatem. At consanguinitas seu affinitas, non potest unico teste probari, cap. Licet ex quodam, de Testibus, ibi: Non utique ab uno, cum non sufficiat ille, si viveret, sed duobus ad minus. Et infra: Cum secundum ordinem solitum judiciorum non sufficiat unus testis assertio, nisi alia etiam adsint adminicula, quæ ponimus in hac specie non esse. Ergo ob istud impedimentum non repellentur, & ex consequenti nullius erit effectus ejus testis depositio.

285. Quòd si rursus dicas; non probari consan-

guinitatem ad dissolvendum Matrimonium unico teste, benè tamen ad impediendum, extra textum in c. Super eo, de Testibus, ibi: per illa verò questione, quam fecisti, an mater conjugenda non sit viro, pro eo, quod filius alterutrius eos esse consanguineos constat. Respondimus, quòd si non est firmatum Matrimonium inter eos; matre asserente, non sufficit, non debent conjugari. Et quod si non est firmatum, necque ad impediendum sufficit unicuique testium; quamvis ex eo oppositum Multi colligant.

Nam textum illum ego accipio non solum matris testimonio, sed de illa alii adminiculis, quæ post eam testantur, diligens Episcopi inquisitor debet. Si enim nulla alia inventa essent, non impediretur Matrimonium: proinde enim species illius cap. tantum ex parte consanguineos, & matrem, accensuram testes in causa consanguinitatis hoc filius.

Quæ si vera forent, facti non essent ipsius sententia; sed quia illi non debetur, idè oppositam sententiam prebetur, idè quod in specie illius cap. tantum capitur hoc, non ex verbis allegatis sup. non sufficit: nam quæstio fuerat Pontio proponi, an mater alterutrius eos esse consanguineos constaret. Ergo species seu casus illius cap. non tantum exigebat, matrem accensuram esse testem, sed solam matrem, sine aliis adminiculis, & absque ulteriori inquisitione Episcopi, de quibus in capite nulla fit mentio.

Et aliunde hic auctor nullum pro se affert aliud jus, quam dictum cap. Licet ex quodam, quod expressè loquitur (et mater ipse non diffitetur) de dissolvendo Matrimonio jam contracto; sic enim continetur: Tolerabilis enim est, aliquos contrahentium dimittere copulatos, quæ contra legem, contra statuta Domini sunt. Licet autem est apud Omnes, plura requiruntur Matrimonium contractum dissolvendo, quam ut contrahendum impediatur.

Hinc dicto cap. Super eo, in fine. Infirmum (inquit Pontifex Alex. 3.) Matrimonium est firmatum, non debet sine pluribus iuramentis dissolvi. Ubi Gloss. verb. Firmatum, interpretatur: Id est, contractum per consensum in presenti, tunc enim separari non potest ad alium unius testis. Atque hæc de impedimento consanguinitatis, quod non est ortum ex peccato.

Sin autem oriatur ex peccato, melius est, hi (inquit Pontius sup. n. 10.) contrahentes non teneri revelare, si ve contrahentes sint in bona fide, si ve secus, & non sperant, etc.

B O  
Sacramentum  
Matrimonii

eos admonitos à Matrimonio contrahendo cessaturus.

Quam partem sic distinguo, & probò; vel illud impedimentum ortum est ex peccato ejus, qui novit; pone enim aliquem Sacerdotem ex diversis feminis duos suscepisse liberos, masculum & feminam, & illos, ignaros impedimenti, postea velle contrahere, quod impedimentum, matre defunctâ, solus pater novit, non tenetur manifestare impedimentum consanguinitatis inter illos contrahentes. Neque video, quâ ratione compelli possit ad ejus manifestationem.

Si enim confusè diceret, se scire illos esse consanguineos, non indicans, quomodo aut quâ ratione id sciret, & undè ea conjunctio sanguinis proveniret, nullius planè momenti esset testimonium illud in re ad eò gravi, neque Judex Ecclesiasticus admitteret, neque jure posset admittere. Testis enim, de consanguinitate deponens, non reddita ratione sui testimonii, inutilis est, & nullius prorsus momenti, juxta generalem doctrinam, receptam in materia de testibus. At sigillatim & distinctè eorum cognationem exponere, suo peccato non explicato, non potest. Eum autem ad id peccatum detegendum compellere, nulla admittit ratio; neque enim me, nullâ infamiâ laborantem, prodere tenor, ex communi receptaque sententia, et si interroger: si enim omnes excusant aliquem, quando ex manifestatione timetur scandalum, cur hic non excusabitur, quando ex manifestatione oritur suæ propriæ infamiæ periculum?

289. Idem dico; si femina ex proprio filio filiam suscepisset eo ignorante, & cum illa vellet contrahere, quæ simul erat filia & soror ob nefariam conjunctionem, non tenetur mater manifestare, ut docuit in hac specie Paulus Comitulus lib. 1. Resp. moral. q. 112. Adde etiam; eam impudentissimam feminam, de suo scelere confessam, & ignominie sordibus contaminatissimam, à Judice Ecclesiastico debere repelli, & ejus testimonium explodi, juxta textum in cap. Inter dilectos, 8. de Donation. & Glossam ibi. Hucusque Pontius.

Subscribo verba d. textus: *Attendentes igitur, quod fratres & patris S. Allucii pro se, immo potius contra se turpitudinem allegabant; videlicet perjurium, excommunicationem & fraudem, non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, & intelligentes, donationem ab eis hospitalariis factam, puram ac simplicem extitisse: quia non deceptoribus, sed deceptis jura subveniunt: unde per ea quæ superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant: hospitale prædictum, cum pertinentiis suis, hospitalariis sancti Sepulchri adjudicare curavimus.*

Ubi Gloss. verb. *Turpitudinem allegabant*, sic ait: *Arg. quòd allegans turpitudinem suam, non est audiendus, C. de Servo, pig. da. ma. Si creditoribus, C. de Revoc. donation. Cum profitearis, C. de Transact. Transactio finitâ, ff. de Legat. 1. l. Si servus plurium, §. 1. 15. q. 3. Nemini, & sup. de Concess. præb. Cum super questione, & sup. de Testib. Sicut. Arg. contra. Cod. de Lib. cau. l. 1. & h. Interrogatam, & 35. q. 3. Extraordinaria, & sup. de Re judic. Lator, & c. Consanguinei. Solum. Generale est illud, quòd allegans turpitudinem suam non auditur, ff. de Condict. ob turpem cau. l. 2. & 14. q. 5. Non sanè, Arg. nisi ubi veritur periculum animæ: ut in cap. Lator, & c. Consanguinei, vel nisi propter favorem Ecclesiæ, 35. q. 9. Quod quis commisit; vel favore libertatis, ut in l. Interrogatam. Ita Gloss.*

Quam si dispicere voluisset Basilius, potius sibi contrariam, quàm faventem reperisset. Nam in casu nostro agitur de periculo animæ contrahentium, sive de evitando peccato, saltem materiali. Et ideo in casu nostro auditur allegans suam turpitudinem; arg. c. 12. de Spontal. sequentis tenoris: *Prætereà de muliere, quæ à viro impetitur, cujus consanguineus cum ea se deliquisse proponit: sed hoc publicè constiteri recusat propter metum & potentiam mulieris: Taliter respondemus, ut Matrimonium ipsam fieri (nisi juramentum intervenisset) districte prohibeas, ne deterius inde contingat.*

Ubi Gloss. in propositione casus: *Nota, inquit, quòd Matrimonium ad dictum unius impeditur, ne contrahatur: sed si juramentum intervenisset, propter dictum unius non impeditur.* Ille autem unus in specie hujus cap. allegabat propriam turpitudinem; ergo propter dictum unius, allegantis propriam turpitudinem, impeditur Matrimonium, ne contrahatur, nisi juramentum intervenisset.

Sed quid ad hæc Pontius? Suprà n. 11. dicit in primis: ex eo textu non colligi teneri manifestare propriam turpitudinem, sed fecisse narratur. Potuit ille etiam cum infamia sua facere, quod non negamus; sed negamus teneri.

Secundò dicit: ex eo capite sine sufficienti fundamento collegisse DD. eam sententiam. Quia, inquit, ut rectè monuit Cujacius eo loco, inhibitor Matrimonium ibi à Pontifice eâ ratione, quam etiam Alex. advertit; quia quò minus cognatus ille rem in vulgus proponeret, & testibus probaret, metus obstitit, & potentia mulieris, à qua sibi timebat; alioquin id palàm divulgaturus erat: & pro eodem esse debet, ac si divulgasset, qui voluit quidem, sed non potuit sine periculo. Itaque non ille solus no-

290. Allegans turpitudinem suam non est audiendus.

291. nisi agatur de periculo animæ.

C. 12. de Spontal.

292. Primæ resp. Pontii ad d. cap. 12.

Secundæ Cujacius.



vit impedimentum; & ideo non sumus in eadem specie.

293. *Tertio dicit: ex eo capite adhuc non colligi, in omni casu sufficere unum testem ad impediendum, cum dicat Pontifex id servandum, nisi iuramentum intervenisset. Quasi si iuramentum intervenerit, nolit unius testimonium accipi ad religionis iuramenti obligationem convellendam. Quamvis & ea verba quomodo accipienda sint, monet ex Hostiensis Cujacius ibidem. Quare cum ex una parte obset honor proximi, & ex alia non sit jus aliquid, statuens, unius testis dictum sufficere in impedimento turpi, licet possit in iure statui, quod sufficeret, ut dixit Farinacius q. 63. de Testibus, ideo censetur non teneri manifestare. Hactenus Pontius.*

Hostiensis.

Farinacius.

294. *Ego autem quaero: Quis docet, teneri manifestare cum periculo suae propriae famae? Sanchez sup. n. 4. ait, intelligendam fore suam doctrinam, nisi impedimenti conscientia timeat probabiliter magnum scandalum ex denuntiatione; tunc enim, inquit, licet probare possit, & mandatum denuntiandi sub excommunicatione latum sit, non tenetur denuntiare. Et quis dubitet, quin idem dixisset in casibus supra allatis, quando praeter scandalum est periculum maxime infamiae propriae.*

Aversa.

Navar.

295.

*Quare in Conclus. sit postea illa particula: Per se loquendo.*

*Regula correctionis fraternae.*

*Audite Averlam sup. (ubi docet sententiam Sanchez, uti vidimus) Non teneretur, inquit, revelare, qui prudenter timeret sequiturum sibi maximum detrimentum, aut magnum scandalum inter alios, ut advertit Navar. Sum. c. 22. n. 83. Quia lex charitatis, aut praecipuum Superiorum, non obligat cum tanto dispendio sui vel aliorum, ut ex propriis locis in universum supponimus. Haec ille. Nec ulli oppositum docet Sanchius.*

*Et ideo in Conclusionem posita est illa particula: Per se loquendo; quia per accidens fieri potest, ut quis non teneatur denuntiare; quando scilicet non potest id facere absque notabili suo incommodo, aut aliorum scandalo. Unde in hac materia omnino dispiciendae sunt regulae charitatis & correctionis fraternae, & secundum eas operandum.*

*Quae autem sint illae regulae, non spectat ad hunc locum discutere. Suppono unam ex illis esse; peccantem, etiam ex ignorantia invincibili, tam juris naturalis, quam positivae; item ex ignorantia facti contra jus divinum vel naturale, a quolibet corripiendum fore, vel potius instruendum; si speretur fructus, qui incommodis seculis praevaleat.*

*Ex qua utique regula clare sequitur; impedimentum in casu proposito detegendum esse, tamen si contrahentes procedant bona fide; eo semper salvo, ut dictum unius testis*

*sufficiat; quamvis enim tunc non sit peccatum formale, quod vitari debet, tamen aliquod peccatum materiale, turpe est; cum tempore fieri potest, quod deinde aliunde notitia impedimenti Matrimonii invalidi.*

*Quod autem Pontius sup. dicebat: infertur injuria Sacramento, cum is non sit Sacramentum, non valet; nam inde sequitur, quod etiam non fieret injuria Sacramento, quando mala fide contraheretur etiam tunc ibi non sit Sacramentum. Ergo fiat injuria Sacramento sufficit, ut a rationabili causa ponatur exterior actus sacramentalis, quae communi affirmacione verum Sacramentum, cum tamen contractus non sit Sacramentum. Perinde ergo retrahere, nisi quod minus incommo- dum possit excusare a denuntiatione, quam bona fide, sive mala fide retrahere, nisi quod minus incommo- dum possit excusare a denuntiatione, quam bona fide retrahere.*

*Et consimiliter eadem videtur esse ratio de Sponalibus, nisi forte iuramentum intervenisset; quippe tunc voluit Pontifex Alex. 3. ut religio iuramenti prevaleret dicto unius testis. Et ideo unus testis tunc non tenetur denuntiare, quia non speratur fructus: secus quando non intervenisset iuramentum, & posse denuntiare sine notabili suo incommodo, & aliorum scandalo.*

*Enimvero quod ait Pontius sup. Itaque non ille solus novit impedimentum, & ideo non sumus in eadem specie, plane corruptum, si non deremus longe distincta esse, velle autem divulgare, & actu aliquid divulgare, ex sola voluntate divulgandi, non est impedimentum cognoscere, ut in textu clari est. Quamvis ergo in hoc textu, cognatus divulgasset impedimentum, nisi metus obstitisset, & potentia metus, equidem non divulgasset, & ideo quilibet noverat impedimentum; ac proinde sumus in eadem specie.*

*Denuntiale itaque narratur, & tenetur id facere, quia forte potuit cogere, quod habebat ad propriam famam; tamen non tenebatur, quia non tenebatur eadem juri suo. Neque DD. adferunt illam rationem, ut probent obligationem pro omni casu, sed ut probent, unicum testem, allegantem propriam turpitudinem, in tali casu esse auctoritatem: quo concessio tenetur denuntiare, nisi propria infamia eum excuset, aut aliorum scandalum.*

B O  
Sacramentum  
pari

Sanchez.

Præterea: si conscius impedimenti occultum occulturnem impetrasse dispensationem occultam pro conscientia foro, non tenetur denunciare. Quia eo tendunt hæ denuntiationes, ut peccatum, Matrimonii que nullitas vitentur, sed illi validè & abque peccato possunt contrahere; & in foro conscientie perinde est, ac si impediti minimè essent: ergo non tenetur denunciare. Ita Sanchez sup. n. 8. & Alii communiter.

Si autem (inquit Aversa sup. §. Nec tenebitur) impedimentum esset apud alios notum, ita ut possit successu temporis per alios detegitur in foro Ecclesie; tunc adhuc ille deberet revelare: quia cum talis dispensatio non prodesset in foro externo, immineret periculum dissolvendi in iudicio tale Matrimonium; quare oportebat antea revelare impedimentum, ac etiam in foro externo de remedio providere. Hæc ille.

Et ante illum Sanchez cum Aliis, quos citat. disp. 14. n. 4. ubi quærens, quid dicendum sit, si is, qui vult contrahere, interrogatus de impedimento occulto, dispensationem impetrasset pro foro conscientie? Respondet: Dic: non teneri fateri impedimentum; quia iudex, dum nulla est probatio, solum habet jus interrogandi, quod peccatum vitet; in hoc autem casu non peccant contrahentes: ergo dum impedimentum ita occultum est, ut plenè probari non possit, non tenetur illud fateri: nec probatur plenè unico teste: is enim solum plenè probat, quando agitur de peccato vitando, ut dixi lib. r. disp. 71. n. 1. & 7. quod hic non contingit.

Si tamen esset publica vox de illo impedimento, aut concurrerent alia requisita, ut iudex iudicè roget, idque confiteri volenti contrahere, teneretur fateri veritatem: quia cum illa dispensatio nullo modo profitur pro foro externo, iudex, etiam conscius illius dispensationis, iudicè interrogaret: ergo cum iudicè roget, & non ex falsa præsumptione, tenebitur contrahens fateri; aliàs seclusa ignorantia daretur bellum, utrimque iustum. Hæc ille.

Quæ autem contrahentis, eadem est ratio tertii, qui novit impedimentum, ut pater. Et quæ tertii, eadem, imò major videretur esse ratio contrahentium; nam agitur de ipsorum peccato in futuro vitando, unusquisque enim magis tenetur vitare peccatum in se ipso, quam in alio, quippe charitas incipit à se ipso.

Hinc si contrahentes interrogentur ab Ordinario, an aliquo impedimento ligati sint, quantum vis impedimentum occultum sit, & infamatorium, tenentur fateri veritatem cum propria infamia; nisi, sicut mox dictum est, obtinerint dispensationem pro foro conscientie, vel certè bono modo, salvâ

suâ famâ, à Matrimonio velint abstinere, ut docet Sanchez supra numero 2.

Quamvis enim, nullâ præcedente infamia, illegitimè quis interrogetur, quando agitur de crimine puniendo, juxta cap. *Qualiter & quando*, de Accusat. ibi: *Legitur in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris amplius villicare. Et in Gen. Dominus ait: Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ex quibus auctoritatibus manifestè probatur; quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælati excedit; si per clamorem & famam ad aures Superioris pervenerit, non quidem a malevolis & maledicis, sed à providis & honestis, nec semel tantum, sed sæpè; quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram Ecclesie Senioribus veritatem diligentius perquirari, ut (si rei poposcerit qualitas) canonica distinctio culpam seriat delinquentis: non tanquam idem sit accusator & iudex, sed quasi denuntiante famâ, & deferente clamore, officii sui debitum exequatur.*

Item cap. *Inquisitionis*, eod. ibi: *Ad hæc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa infamatio non præcesserit, propter dicta huiusmodi puniendum: quinimo super hoc depositiones contra eum recipi non debere; cum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt.*

Quamvis, inquam, hæc se ita habeant, quando agitur de crimine puniendo; secùs tamen, quando agitur de delicto in futurum vitando, prout agitur impresentiarum. Si quidem tenetur Ordinandus interrogatus pandere vitium occultum, quod reddit ipsum incapacem Ordinis; ut si sit irregularis, vel ætatis defectum patiat, aut ab Ordinibus defistere teneatur; arg. cap. *Nisi cum pridem*, de Renunt. ibi: *Licet irregularitatem huiusmodi non potuerit subicere.*

Ubi Gloss. verb. *Non potuerit*, inquit: *Id est, non debuerit de jure tempore sue examinationis, & sic est arg. quod illud dicimus posse, quod de jure possumus, 2. q. 2. Faciat: & arg. sup. de Resc. Sulciturus: sed debuit confiteri, saltem in secreto, sup. de Elect. Immutat, ibi: *Quis sponte & humiliter suum maluit confiteri reatum, quam læsâ conscientia thronum conscendere pastorem. Ubi Gloss. verb. Reatum, inquit: Id est, defectum sive impedimentum, quia etsi non sit nota delicti, est tamen nota defectus, impedientis promovendum.**

Adde, quod ex Concil. Carthag. 4. referatur cap. *Ex penitentibus*, dist. 50. *Deponatur, quia se Ordinationis tempore non prodidit. Ergo similiter, volentes contrahere Matrimonium,*

301. Nullâ præcedente infamia illegitimè quis interrogatur, quando agitur de crimine puniendo, ex c. 24. de Accus.

302. Secus quando agitur de delicto in futurum vitando, arg. c. 10. de Renunt.

303. Et cap. 55. dist. 50.

308. Si con-

309. Resp. Sanchez ad 1. quærens, non teneri fateri.

300.

Contrahentes interrogentur ab Ordinario, an aliquo impedimento ligati sint, quantum vis impedimentum occultum sit, & infamatorium, tenentur fateri veritatem cum propria infamia; nisi, sicut mox dictum est, obtinerint dispensationem pro foro conscientie, vel certè bono modo, salvâ

pedimentum; tenentur manifestare impedimentum occultum, quod impedit, ne possint contrahere.

Innoc.

Audiamus Innoc. c. 1. de Postul. Prælat. n. 5. Quando, inquit, fit inquisitio contra promotum, ut puniatur, tunc non licet absque infamia procedere, & in hoc casu loquitur cap. Qualiter & quando, de Accus. Quando autem contra promovendum, ne promoveatur indignus, non requiritur infamia, sed debet Superior ex officio inquirere, cap. Cum nobis, de Electione. Ergo cum in nostro casu Ordinarius non inquirat de impedimentis, ut puniat contrahentes; sed ne indigni contrahant, justè absque infamia, & aliâ informatione procedit; & consequenter tenentur ipsi propalare impedimentum, quantumvis occultum, aut à Matrimonio desistere.

304.

Hanc sententiam præter Sanchium docent Henricus & Pontius, Probatio Pontii.

Et ita ante Sanchium docuit Henriquez lib. 10. de Sacramento Ord. cap. 18. n. 2. in Comm. lit. D. & post Sanchium docet Pontius c. 33. n. 1. & probat ex hac generali doctrina: Quia quàmvis nullus debeat rogatus, etiam sub juramento, crimen suum manifestare, quando proceditur ad poenam, nisi contra ipsum fuerit semiplena probatio; quia nullus debet esse primus testis contra seipsum, hoc enim nimis durum videtur: tamen quando Judex procedit ad cognitionem impedimenti Matrimonii, vel electionis, vel Ordinis; quia indè sequerentur damna contra Religionem, vel castitatem, vel justitiam, si quis illegitimè contraheret, vel eligeretur, vel etiam ordinaretur; ed quodd Matrimonium vel electio nulla esset, & Ordinatio irrita, eo modo, quo jura eam irritam dicunt; quisque debet, etiam si non interrogetur, manifestare impedimentum; aut ita se gerere, ut nullo modo fiat tale Matrimonium vel electio vel Ordinatio: nisi enim impedimentum detegatur, sequerentur multa damna, quæ unusquisque debet evitare etiam cum infamia propria; siquidem poterat aliundè omnia illa impedire, si ad tale Matrimonium aut Ordinationem, vel electionem non procederet. Quare sibi imputet, quod se in eas redegerit angustias. Hæc ille.

305.

Explicatur D. Chrysostr.

Igitur quod dicit Chrysostr. in epist. ad Hebræos (& refertur dist. 1. de Pœnit. c. 87.) Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses; intellige quando proceditur ad punitionem, ut hæc viâ veniam peccati obtineas; sed tunc soli Sacerdoti in foro Sacramentali se tenetur peccator prodere; secus quando Judex non vindictam, sed vitare peccatum intendit, prout contingit in nostro casu.

Vi & doctrina Bartoli.

Quod autem docet Bartolus l. 2. n. 3. C. Si servus aut libertus, l. 10. Judicem infamem, interrogatum, an habeat aliquod im-

pedimentum; non teneri vitium occultum fateri, accipiendum est (inquit Sanchius n. 5.) quando impedimentum est tale, quod occultum non impedit exercitium, & infamia occulta Judicis contingit, sed quando impedit, ut contingit in irregularitate occulta, & impedimento occulto Matrimonii.

Quid ergo, inquis, faciendum, quando in matrimonialibus dispensationibus rogantur contrahentes, an se carnaliter noverint, cum infamati de hoc matrimonio nec aliter constet?

Respondeo: si dispensatio sobrepente tacitâ copulâ (ut Multi docent) contractes tenentur eam fateri; aut certe non in dispensatione valeat, etiam copulâ tacitâ. Ratio patet; quia tunc iudicè interrogantur, non ut ipsi puniantur, sed ut impediatur uti dispensatione sobrepentiâ, & invalidè contrahere. In eadem dispensatione valeat, etiam copulâ tacitâ. Aliqui censent nullam esse obligationem manifestandi; quia tunc non inquiruntur, ut patet ex dictis in hoc casu Sanchii, chez sup. n. 3. & Pontius sup. n. 1.

Illud quasi pro coronide addendum, quod qui impedimentum novit ex solo auditu, si quidem audivit à persona fide digna, & si quæ sit omni exceptione major, non tamen non denuntiante, manifestare; quia novit ex auditu habita à fide dignis, & omni exceptione majoribus, est vera notitia fidei faciens; potestque Prælatorum personam fide dignam, à qua denuntiator audivit citare, ejusque testimonium accipere.

Sin autem personæ, à quibus audivit, non sint fide dignæ, graves, non suspicæ, & non omni exceptione majores, non tenentur manifestare; quia hujusmodi testimonium non auditu nullum est; arg. cap. Licet ex parte de Testibus, qui textus loquitur de probatione consanguinitatis, quæ est in matrimonium Matrimonii, & sic sonat. Super hoc recipiantur de cætero per alios, cum jam quarum gradum probatio excedat, nisi forte persona gravis existens, cui fides sit merito adhibenda, & ante hanc non testificata didicerit ab antiquissimo matris suis, non utique ab uno, cum non possit esse si viveret; sed duobus ad minus, qui ab uno bus & suspectis, sed à fide dignis & omni exceptione majoribus; cum satis repellatur ad illud, illos admittere, quorum repellentur ad flores.

Similiter non tenetur denuntiare, qui non recordatur, à quo vel à quibus audivit, vel audivit à persona, nihil certum scit, quia testes de auditu alieno, non deponunt, à quibus audiverint, nihil probant, & irritum est eorum testimonium, ac nullius momenti, ut innumeris citatis (inquit Pontius sup. n. 1.) docet.

B. O. S. SACRAMENTUM MATRIMONII

docet Farinacius 2. p. praxis de Testibus, q. 69. n. 75. & sequentibus.

Cæterum censet Corduba lib. 1. Quæstionarii q. 43. dub. 2. §. Sexto quando, consulendum esse audienti à non fide dignis personis, ut faciat illas testificari. Hæc sunt verba Condubę: Sexto (excusatur à denuntiatione) quando quis id audivit solum à levibus personis non fide dignis, ita quod ipse de levitate notaretur, si id ideò crederet, aut denuntiaret, vel de auditu tantum testificaretur, vel si crederet, quod propter hoc suum dictum, Judex plüs debito contra reum moveretur: nam tunc melius esset facere, quod ipse, à quo id scivit, vel audivit testificaretur. Hæc ille.

309. Quæ (teste Sanchio sup.) reprobatur Navar. lib. 2. de Restit. in 2. editione c. 4. par. 2. dub. 10. n. 108. èd quod, si personæ non sunt fide dignæ, manifesto periculo injustæ infamix reus exponitur. Verum putarem ego (inquit Sanchez) id consilium esse bonum, quando impedimentum non est infamatorium. Quia tunc nullum est periculum in ea manifestatione, fortèque proderit, ut impedimentum detegatur. Et hæcenus quidem de obligatione hominum privatorum, tam ipsorum contrahentium, quam extraneorum. Sequitur agendum de obligatione Parochi, pro qua instituitur

CONCLUSIO X.

Si impedimentum soli Parocho constet extra Confessionem, debet, præmissâ secretâ admonitione, publicè accedentes rejicere, nisi sciat obtentam dispensationem pro foro conscientix.

310. Suppono; si denuntiationibus factis, nullum legitimum opponatur impedimentum, Parochum posse & debere Matrimonio assistere, nullâ Ordinarii licentiâ requisitâ, juxta illud Trid. seff. 24. c. 1. de Reform. Matr. Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur.

In quibus verbis nulla requiritur licentia Ordinarii: ergo nec nos requiremus, nisi fortè, ubi ex alia peculiari Constitutione ea postulatur, ut de Matrimonio vagorum ex eod. Concil. & ead. sessione c. 7. probavimus Seff. præced. Concluf. 12. Ex quo etiam probatur in aliis casibus, quando nullum apparet impedimentum, eam licentiam non esse necessariam, alioquin superflue in hoc casu Concilium id statuit.

Sed neque ex c. fin. de Clandest. Despons. quod desumptum est ex Concil. Lateran. cujus vestigiis inhæret Trid. hujusmodi necessitas colligitur; quin ex eo à contrario sensu oppositum stabilitur: nam in principio textus his verbis instruitur Parochus: Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè. Ergo cum non opponitur impedimentum, non est, cur interdicatur, sed potest statim Parochus illud celebrare. Et quid mirum, cum officium Parochi sit, ministrare Sacramenta suis ovibus?

Sic docet Gutierrez Pract. quæstionum lib. 2. q. 8. n. 9. ibi: Ergo si factis prædictis denuntiationibus, prædictum impedimentum, nempe, quod mulier illa, quæ modo contrahere vult, fuit priùs alteri nupta, non opponatur, ipsaque sit certa de morte viri, poterit secundo nubere absque licentia Ordinarii, etiam juxta dictum Concilium. Intelligit Concil. Trid. Hunc Auctorem & Alios, quos citat, sequitur Sanchez sup. disp. 15. n. 2. estque sententia communis.

312. Quid ergo, inquis, si opponatur impedimentum? Respondeo ex d. c. fin. Interdicatur expressè (à Parocho) donec quia fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

Et infra §. fin. Sanè si parochialis Sacerdos prohibere contempserit &c. Ergo supponit Parochi esse prohibere. Quod etiam à contrario sensu probatur ex Trid. sup. Si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur. Ergo si legitimum impedimentum opponatur, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ non procedatur; sed Parochus suam assistentiam subtrahat, & interim dispici debet super impedimento delato, quatenus subsistat.

313. Nunquid à Parocho? Minimè, sed à Prælato seu Ordinario, ut communiter notant DD. èd quod ly, Constituerit, quo utitur Conc. Later. importet judicialem potestatem, cap. Exhibita, 19. ibi: Mandamus, quatenus si ex dictis gravaminibus, vel aliquo ipsorum appellatum constiterit, revocato in irritum, quidquid post appellationem hujusmodi inveneritis attentatum, in causa ipsa, juxta priorum continentiam literarum, ratione præviâ procedatis. Porro mandat hic Pontifex non cuilibet private personæ, aut etiam publicæ: sed certis iudicibus, à se constitutis. Itaque ly, Constituerit, hanc habet vim, ut constet per instrumenta vel testes, vel aliam claram probationem.

Cum ergo Parochus careat judiciali potestate, non spectat ad ipsum de impedimento cognoscere. Ita docet Gutierrez sup. ibi. Si autem ad prædictas monitiones opponatur prædictum impedimentum, tunc procedet jure optimo sententia egregii magistri

311. Et cap. fin. de Cland. despons.

Gutierrez.

Sanchez.

312. Quid si opponatur impedimentum? Interdicatur Parochus,

313. Et Ordinarium videri, an subsistat.

Ad Parochum non spectat de impedimento cognoscere. Gutierrez.

Palatio. Palatio 4. dist. 27. disp. 3. fol. 602. non tantum ex decreto Concilii Tridentini, sed etiam jure communi attento: quoniam tunc absque licentia Ordinarii non poterit mulier secundò contrahere, quandoquidem ad ipsum remittenda sit causa ratione prædicti impedimenti, ut quid faciendum sit eo casu decernat. Hæc ille. Quem & Alios, quos citat, sequitur Sanchez sup. n. 3.

314. *Intellige si res est dubia, juxta Aversum.*  
Rogas: quod sit illud jus commune? Respondetur: cap. 1. de Consangu. ubi decernitur, cognitionem impedimentorum Matrimonii pertinere ad Episcopum. Sic quippe refcribit Alex. 3. Cassen. Abbati: *Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quòd non sunt cause Matrimonii tractandæ per quoslibet, sed per Judices discretos, qui potestatem habeant judicandi, & statuta Canonum non ignovens.*

Sed hoc intelligendum est (inquit Averfa q. 7. sect. 5. §. Si adhibitis) si res sit dubia ac discussione indigeat. Quia alioqui, si de facili statim appareat, impedimentum esse frivolum, & non subsistens, posset procedi ad celebrationem Matrimonii, ac si non fuisset objectum. Vel si econtrà appareat esse solidum & subsistens, ac propterea illi, qui volebant contrahere, desistant, non superest in quo fatigandus sit Prælat. Et sine dubio tenetur sub gravi culpa tam Parochus, quàm Prælat, non solum non concurrere, sed etiam non permittere Matrimonium, stante impedimento, vel dirimente, vel etiam merè prohibente. Ac etiam peccarent testes assistentes. Hæc ille,

315. *Non licet Parocho assistere Matrimonio frangente fidem sponsalium, contra Seguram, ex Sanchez.*  
Undè non est audiendus Segura 2. p. Directorii c. 15. n. 12. ubi ait, licere Parocho assistere Matrimonio frangente aliorum sponsalium fidem; quia potest relinquere conscientiam ipsius, & præsumere ex aliqua causa illum excusari. Sed audiendus non est (inquit Sanchez sup. n. 5.) quia sponsalia illa impediunt aliud Matrimonium iniri; & ita ubi de hoc impedimento constiterit, non incumbit Parocho illius cognitio, sed tenetur deferre ad Ordinarium: nec ipse etiam Ordinarium poterit dare licentiam assistendi illi Matrimonio; quia tenetur cogere servare priora sponsalia, nec potest præsumere sponsum licitè resiliire, & ejus conscientiam relinquere: quia est Judex in foro externo, ac subindè tenetur judicare secundum allegata & probata, & cum constet de obligatione, debet ipsi constare juridicè de liberatione ab illa, quam dum sponsus non probaverit, præsumptio est contra ipsum, in favorem prioris sponsæ. Ita Sanchez.

316. *Quid si contrahere volentes primò*  
Qui ibidem n. 6. ex dictis infert: similiter non esse audiendum Philiarcum de Offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 4. c. 22. §. *Confessores etiam, ubi ait: Parochum conjun-*

gere debere illos, qui affirmant impedimentum, & postea negarunt, si aliter probari non possit: quia Ecclesia non judicat de occultis: & refert hunc casum accidisse, quod quidam ducere concubinam vellet, & interroganti, promissionem Matrimonii cum adulterio intervenisse, factus est Parochus stanti, esse impedimentum dirimentem, & cavavit confessionem, negans fidem Matrimonii datam: & ait, sacram Pœnitentiam consultam respondisse, contentum esse Matrimonio cum concubina, hoc nullo pacto credo, & fortè circumstantiæ occurrerunt, ob quibus Pœnitentia censuit standum esse prioriori confessioni. Hæc ille.

Et ego id ipsum nullo pacto credo, quòd, ubi factus est contrahens impedimentum, jam Parochus non potest conjungere, sed tenetur recedere ad Ordinarium: & aliundè Innocent. 3. cap. 1. tuas, 10. de Probat. refert, de quo dicitur: *Quia verò mulier illa ubi dicitur, Can. de pisse R. de quo agitur, prima voce se publice recognovit, & filios ejus nominatè communiter fuit, & habitus ad eandem, eisdem mulieris postmodum juramentis, in contrarium præstito, non est standum, cum nemo indignum sit (juxta legitimum factorem) ut quod sua quisque voce dicitur præstitum est, in eundem casum proprio velius informatio informari.*

Quæ postrema verba sumpta fuerunt ex leg. Generalium, C. de Non num. pecun. in fine: Nimirum enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dicitur præstitum est, id in eundem casum informari, & testimonioque proprio resiliire.

Quod maxime in calu propositionis locum, ut notat Sanchez. Quia cum ultra spontaneam confessionem, verè certissima conjecturæ veritatis illius temporis statim mortuâ uxore tractare de Matrimonio contrahendo cum ea concubina, nimia erga illam, & frequenter illius concubinariorum turpi amore captus, non sibi de Matrimonio contrahendo libenter, quòd mutua amoris signa præbetis, consentiã ipsâ teste.

Deindè, quia facile de concubina presumi potest, in secunda confessione mentum esse, ne separentur, à Matrimonio contrahendo. Tandem; quia probat confessionem extrajudicialis contra consentientem, nec de ejus errore constet, & dicitur mentum cæteris probationibus, ut per d. l. Gratianus, docet Menochius de Præsumpt. lib. 3. præsumptione 130. n. 50. Hæc Sanchez.

B. O. SACRAMENTUM MATRIMONII

Igitur Ecclesia non iudicat hic de occultis, sed de confessis extrajudicialiter; & ut sup. probatum est, ad Matrimonium impediendum sufficit unus testis, & sic satisfactum est fundamento oppositæ sententiæ.

Cæterùm, si à me queritur; quandonam ergo Parochus seu Prælati iudicare debeat, impedimentum esse verum & solidum? An requiratur plena probatio per duos testes, vel per confessionem partis, sicut in aliis judiciis?

Respondeo: Pontius sup. c. 36. n. 2. Delato, inquit, ad Ordinarium impedimento, si unus tantum testis sit, absque aliis admittitur, censo, non posse interdicti Matrimonium, nec debere, propter ea, quæ dixi sup. c. 34. unus enim testis, etiam in causa matrimoniali, non probat, etiam quoad effectum impediendi Matrimonium, quidquid dicant multi gravisque Doctores. Non nego, posse humanâ potestate fieri, ut in eo casu sufficeret, tanquam plena probatio, testis unius testimonium: at nullo id iure cautum est, ut ibi ostendi. Ergo non est, cur in hac re discedamus à communi iure, quod duorum testimonium requirit, vel unius cum magnis iudiciis. Neque hic habet locum illa Regula, quæ docet, tutiorem partem in dubio esse eligendam; ego enim non sum in dubio: nam in externo foro proceditur secundum allegata & probata; cumque hæc non sit legitima probatio, ut dixi, non relinquatur in dubio iudicantis animus. Hæc ille.

Quæ nobis placere non possunt, eò quod Concluf. præced. contra hunc Auctorem diffusè ostenderit, hæc esse legitimam probationem, saltem, quando non præcesserunt sponsalia jurata. Imò tamen hæc præcesserint, sufficere unum testem, docet Aversa q. 7. sect. 5. §. Atamen; ubi sic scribit: In hac re censetur sufficere unus testis, etiam scilicet illemet, qui defert ac revelat impedimentum, serio deponens de veritate impedimenti, ut non permittatur contrahi Matrimonium. Et quidem, secluso iuramento in sponsalibus, res est apud omnes certa, & habetur expressè eo cap. Præterea, & cap. Super eo, de Testibus. Quia nimirum longè plus præponderat, ne contrahatur Matrimonium nullum & invalidum, & contra prohibitionem Ecclesiæ; quam ne illi, qui contrahere volebant, priventur iure suo contrahendi inter se, cum possint singuli aliud & aliud Matrimonium inire. Et ad vitandum culpæ, & nullitatis periculum, longè minor probatio sufficit, quam ad condemnandum reum in aliqua pœna.

Ac etiam, si sponsalia jurata præcesserant, plures idem docent, ac defendit Sanchez lib. 1. disp. 71. Eadem enim procedit ratio.

Nec est periculum perjurii; quia iuramentum intelligebatur, dummodò non subesse impedimentum, quod sufficienter subesse creditur per depositionem unius testis fide digni. In cap. verò, Præterea; dicebatur, non sufficere dictum cuiusdam testis, quia non erat satis fide dignus.

Debet ergo in hac re testis, ut sit fide dignus, non esse adeò vilis persona, quæ merito repellenda sit. Debet iuramento firmare, quod deponit. Debet deponere de causa scientiæ, & non solo auditu, nisi in impedimento consanguinitatis, ubi sufficit, si deponat se audiisse à Majoribus suis, saltem duobus, tales consanguinitatis gradus, eos distinctè ex utraque parte computando. De reliquo autem non requiritur, ut huiusmodi testis sit omni exceptione major, sicut in aliis judiciis: sed admittitur etiam aliàs criminofus; & qui allegaret turpitudinem suam, & sanguine conjunctus alterutri parti. Admittitur etiam, si nolit nomen suum notificari parti, eaque citatâ testimonium ferre; nisi tamen præcessissent sponsalia jurata, quia tunc debet nomen suum publicare parti. Hæc solent annotare Juristæ in illud cap. Præterea, & cap. Super eo; & cap. Licet ex quadam, de Testibus, ut refert & sequitur Sanchez ubi sup. Et colligitur ex iisdem iuribus. Hactenus Aversa. Vide verba iurium Concluf. præced.

Nec solum sufficit unus testis; sed vel sola fama publica de impedimento, ad hoc, ut non permittatur contrahi Matrimonium ex cap. Super eo, de Consangu. etiam si sponsalia jurata præcesserint; sic quippe rescribit d. cap. Urb. 3. Burdegalen. Archiep. Super eo, quod juvenem a sferis puellam quamdam nondum nubilem, fide interpositâ (id est, iuramento; juxta Gloss. ibi verb. Fide) desponsasse, quæ jam factâ nubilis, cum repetit, & ille excipit dicens, se non debere eam ducere, pro eo, quòd postquam puellam affidavit eandem, carnaliter propinquam ipsius cognovit. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd, si manifestum est cognovisse propinquam prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet: cum esset sponsa tantummodò de futuro, idem ab eju impetitione debet absolvi.

Ubi Gloss. verb. Fama, inquit: Nota, quòd fama impedit Matrimonium contrahendum, sup. de Sponsal. Cum in tua. Et plus facit fama hic, quam dictum unius, ubi iuramentum intervenit, sup. de Sponsal. Præterea: aliàs dictum unius sicut & fama impedit Matrimonium contrahendum sup. de Testib. Super eo, §. 1.

Dummodò tamen (inquit Aversa sup. §. Censetur etiam) talis fama legitime probetur in iudicio, & non sit solummodò rumor inter aliquos, sed verè fama apud totam viciniam,

Nota præcesserint, ex Sanchez;

Conditio testimonium.

322. Sufficit etiã sola fama publica de impedimento, per c. 2. de Consang.

323. dummodò talis fama legitime probetur.

miam, aut majorem ejus partem, & non afferantur clariore probatione de contraria fama. Hæc ille.

Quæ colliguntur à DD. ex cap. Cùm in tua, de Sponsal. Sanè, quia contingit interdum, quod aliquibus volentibus Matrimonium contrahere, bannis (ut tuis verbis utamur) in Ecclesiis editis, ac nullo contradicatore publicè comparente, licet fama privatum impedimentum deferat parentela, cùm ex parte contrahentium juramenta majorum de sua propinquitate (ut suspitionis tollatur materia) offeruntur, quid tibi sit faciendum in casibus hujusmodi quesivisti: ad quod taliter respondemus, quod si persona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi denuntiet, quod hi, qui sunt Matrimonio copulandi, se propinquitate contingant, & de fama vel scandalo doceat, aut etiam per seipsum possis certificari de plano, non solum debes juramenta parentum sponte oblata non recipere, verum etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti induci nequerint, compellere, ut à tali contractu desistant: vel contra famam hujusmodi, secundum tuæ discretionis arbitrium, juramenta exhibeant propinquorum. Alioquin si persona denuntians non extiterit talis, ut diximus, vel de fama, vel de scandalo non poterit edocere, ad desistendum manere poteris, non compellere contrahentes.

Ubi Gloss. verb. Licet fama privatum, ait: Ideo dicitur fama privatum impedimentum, quia per famam solum non constat de impedimento, nisi alia probatio adsit, id est, nisi fama illa probetur. Dat itaque Judici ea fama facultatem ad inquirendum & recipiendum probationem de illa. Item potest Judex eam famam ductus, per seipsum de plano & sine aliquo ordine judicario diligenter de impedimento inquirere; neque est opus partem citare, nec facere, ut testes jurent; ut colligitur ex Gloss. ibidem verb. De plano: Summaria cognitio sufficit hic. Sic infra de Accus. Sicut olim, & cap. Olim. Sic eodem modo videtur, quod Judex possit inquirere de fama alicujus de plano & sine judiciorum strepitu, multiplex enim clamor famam inducit, ita ut Prælatum moveat ad inquirendum inf. de Accus. Qualiter & quando, 2.

Norandum etiam, quod ibidem Gloss. verb. Persona gravis, ait: Immo & turpis persona videtur admitti ad impedendum, sup. eod. Præterea 2. Sed illud obtinet, cùm impedimentum oritur a persona denuntiante consanguinitatem, quæ tenetur revelare impedimentum consanguineo, 35. q. 3. Si homo. Est ergo hic argumentum, quod criminosi non admittuntur ad denuntiationem criminum, arg. 35. q. 6. Episcopus in Synodo, & sup. de Testibus cogen. Præterea, §. 1.

Deinde verb. De fama, infert: Ergo fama probari potest, sup. de Testib. Tam literis, &

cap. Cùm caulam, 1. Arg. contra. Inquisitionis, in fine. Item sola denuntiatione non impedit Matrimonium, nisi iudicetur, & ita sola fama impedit Matrimonium, inf. de Cognat. & affin. Super eo, & de Testib. sup. de Testib. Super eo, 2. sed si denuntians non testificatur. Denuntians, tamen in hoc textu, & ideo solus non impedit Matrimonium; sed necesse erat, ut de hoc vel scandalo doceret.

Denique eadem Gloss. verb. Famam, ait hic, quod si probes famam contra aliquem, quod potest probari contrarium ad reprobationem famam: & ita si probasti aliquem esse famam, ipse potest probare, se esse innocentem, 2. q. 5. Presbyter, & c. Si mala.

Et ad deponendum contra hanc famam admittitur etiam consanguinitatis impedimentum, ut patet ex his verbis. Famam hujusmodi, secundum arbitrium, juramenta exhibeant propinquorum.

Imò hæc fama eliditur, cùm sit in arbitrio Judicis, si contra hanc famam volentes, jurent se non esse contrarios, tunc enim Judicis arbitrio relinquitur tanta personarum qualitas ad probandum juramentum contra famam; ut colligitur ex Gloss. ibi verb. Arbitrium. Quod licet licet multa dixerimus, ut supra, & multa dicant jura circa hæc matrem, tamen cùm ex variis causis variis præsumantur, nec propter malitiam hominum, & vicium temporum certa regula dari possit, facultas arbitrio suo relinquitur, ut per nos per nos famam & temporibus, factis hoc vel illud.

Cæterum quod non sufficit rumor impedimenti, id est, quando tertia solum vel quarta pars viciniae acclamat; sed necesse est vera fama apud totam viciniam, vel majorem ejus partem, (ut sup. induxit de fama) probatur, quia rumor minus præquam fama, ut patet ex cap. Super eo. Eo qui cogn. consang. ibi: Tuam viciniam respondemus, quod propter eorum consuetudinem, vel rumorem viciniae separari debent. Et infra: Rumor autem viciniae adeo judicandus est validus, quod testimonio & fide dignæ probationes accedant, si bene contrarium Matrimonium irritum.

Ubi Gloss. verb. Confessiones, ait: Arg. contra 35. q. 6. Si duo. Sicut in consensu consanguinitatem esse inter eos, & sine publica confessioni conjugum consentio, & non statur fama & confessioni: sed hic tantum rumor, & aliud est fama, aliud rumor, ut supra videtur.

Cùm ergo nullibi reperitur, rursus impedire Matrimonium contrahi, licet reperitur famam impedire, servanda erit in eo generalis regula, ut omnes possint contrahere, qui non reperiuntur impediti, cap. Cùm

Bibliotheca  
Sacra  
Paderborn

Cum apud, de Sponfal. ibi: Ad quod saliter respondemus, quod cum prohibitorium sit editum de Matrimonio contrahendo, ut quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur &c.

Unde sic docet Gloss. d. cap. Super eo. Rumor, dicens: Argum. contra, sup. de Presumpt. Illud, & cap. Tertio. Ut dixi, aliud est rumor, quam fama, & illa decret. Tertio, loquitur de Matrimonio contrahendo, quod ad solam famam impeditur, inf. tit. prox. cap. Super eo. Atque hæc satis de fama & rumore, de quibus alibi adhuc egimus.

Revertor ad unicum testem, quem in hac sufficientem esse, arbitror satis ostensum contra Pontium ex iuribus sup. allegatis, & ideo rursus dico; Parochum non posse procedere ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie, quando vel unus solus opponit impedimentum, v. g. priora sponfalicia, estd contrahens dicat, se fide promississe; nisi re ipsa constet, illum non serid locutum, & alium cum quo contraxit, aut intellexisse vel intelligere potuisse, nisi valde cecus esset, joco facta sponfalicia.

Sicut contingit, quando est notabilis disparitas inter promittentem, & recipientem promissionem; unde tunc posset Ordinarius credere (inquit Sanchez lib. 3. disp. 15. n. 7.) oppositio priorum sponfalium cum alia impedimento, fatenti illa, dicenti que se fide promississe. Quamvis enim regulariter fides adhibenda non sit dicenti, aliud mente retinisse, quam ore protulerit; credo tamen, nisi vehementia indicia sint pro altera parte, esse sufficiens fidei consensus signum, ut Ordinarius non cogat ad priora sponfalicia, illam notabilem disparitatem. Hæc ille.

Et probat 1. quia si vir longè dispar affectat, se fide consentisse in Matrimonium, aliaque nuptias contrahat, est sufficiens indicium, ut possit foemina credere prius Matrimonium non valuisse, aliud que inire: cum ergo minus requiratur ad sponfalicia dissolvenda, erit sufficiens indicium fidei consentis, disparitas magna, cum aliis sponfalibus contractis.

Secundò; quia quamvis jura clament, in dubio judicandum esse pro Matrimonii valore, c. fin. de Sent. & rejudicata: at fallit, ubi magna disparitas est contrahentium; tunc enim non oritur iniri Matrimonii præsumptio.

Tertio; quia vir longè disparem deflorans virginem, disparitatis conciam, fidei Matrimonii promissione, eximitur à Matrimonii ineundi & restitutionis obligatione, eò quòd sufficiens indicium fuerit deceptionis ea disparitas. Ita Sanchez cum Alijs, quos citat.

Nisi porrò illud, aut simile indicium oc-

currat fictæ voluntatis; Parochus nequit procedere ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie; sed debet rem deferre ad Ordinarium, & Ordinarius Matrimonium impedire. Uti etiam, si contrahentes primùm confessi sunt subesse impedimentum, postea autem negant, standum erit primæ confessioni, nisi probent secundam veram.

Sed quid dicendum, quando Parochus constat impedimentum extra Confessionem, & volens contrahere illud negat; vel si fateatur, v. g. votum, asserit se eo non teneri, quia fidei vovit, vel ex alia causa; vel si omninò fateatur impedimentum, illud est occultum; petit autem Matrimonium publice?

Aliqui apud Sanchez sup. n. 8. sic distinguunt; Si Sacerdos non sit proprius Parochus, sed licentiam ejus habeat assistendi Matrimonio, tenetur eum repellere: si autem sit proprius Parochus, & petens neget impedimentum, v. g. votum, tenetur assistere Matrimonio; quia votum ejus, cum occultum sit, probari non potest; & estd Parochus certus esset de voto emisso, tenetur fidem adhibere dicenti, se voto minime teneri; potuit enim esse, ut fidei voverit. Si verò impedimentum non neget, & petat occultè Matrimonium, aut coram duobus solis testibus, repellendus est; secus si petat publice, cum impedimentum sit occultum.

Sed hæc sententia non placet Sanchio, neque nobis placere potest, supposita veritate nostræ Conclusionis, quæ docet, Parochum tali casu non solum posse, sed etiam debere, præmissa tamen secretâ monitione, publice accedentem rejicere, nisi sciat obtentam dispensationem pro foro conscientie.

Ratio autem hujus limitationis est; quia quamvis Parochus ex officio teneatur investigare impedimenta, cap. fin. de Claufest. despons. ibi: Et ipsi Presbyteri investigent, utrum aliquod impedimentum obsistat; equidem id evenit, ne impediti contrahendo delinquant; ergo ad id non tenetur; quando ipsi constat eos absque culpa contrahere, propter dispensationem in foro conscientie obtentam.

Et eadem est ratio de Ordinario; quia cum nullus sit denunciator, qui judicem compellat & à quo ortum habeat iudicium externum; nec iudex compellatur ex officio, quia novit contrahentes esse culpæ immunes, non est cur teneatur eos repellere.

Hoc tamen intelligendum est, si nullus denuntiet impedimentum coram Parochus vel Ordinario. Alioquin facta denuntiatione, neuter (inquit Sanchez sup. n. 15.) potest dissimulare, sed tenetur non admittere dispensationem, nec illos conjungere, donec dispensationem pro foro externo afferant.

Probatur, quia ex quo impedimentum

332. Quid si aliquis neget impedimentum, aut fateatur & publice petat Matrimonium?

333. Parochus debet eum repellere, nisi sciat obtentam dispensationem.

Probatur limitationis.

334. Eadem est ratio de Ordinario. Quid si aliquis denuntiet impedimentum? Neuter potest dissimulare, v. Sanchez.

335.

Probat.

denuntiatur est Parocho, non potest amplius procedere, sed tenetur rem deferre ad Ordinarium; nam ut ejus minister in foro externo investigat impedimenta: ubi autem juridicè denuntiatur est impedimentum, jam non potest Ordinarius non ministrare justitiam, & circa illius impedimenti cognitionem procedere, cum ejus officium excitatum sit: ergò cum sit Judex in foro externo, & in eo jam procedat, debet judicare juxta externi fori leges; illa autem dispensatio (ut in literis ejus concessionis dicitur) nullo modo prodest, nec conceditur pro foro externo, & proinde nullo modo in eo foro admittenda est: limitata enim causa limitatum producit effectum, l. In agris, ff. de Acquir. rer. domin. In agris limitatis jus alluvionis locum non habere constat. Et actus non operantur ultra agentium intentionem; l. Non omnis, 19. ff. Si certum peta. Non omnis numeratio eum, qui accepit, obligat; sed quoties id ipsum agitur, ut confessum obligaretur. Quare cum limitata sit dispensatio pro foro conscientie, nec dispensans intenderit pro externo prodesse; nec proderit, nec aliquid operabitur in externo foro. Ita Sanchez.

L. 26. ff. de Acq. rer. domin.

336. Sententiam Sanchez, ante ipsum domin. Navar.

Et ante ipsum Navar. l. 5. Confil. in 1. edit. tit. de Privil. Confil. 5. in 2. verò lib. 2. de Judiciis, Confil. 4. ubi latè probat, quando contracto Matrimonio virtute dispensationis, obtentæ pro solo conscientie foro, detegitur impedimentum in foro externo, debere judicem declarare, in eo foro Matrimonium esse nullum; adeoque debere cum prædictis ita se gerere, ac si sine dispensatione (cùm de ea ipsi legitime non constet) contraxissent, estò reverà coram Deo Matrimonium à principio validum fuerit, & semper validum permaneat.

337. Papa potest favore, ut aliquod Matrimonium sit validum in uno foro, & non debeat tale judicari in alio.

Quæ enim in hoc repugnantia seu contradictio, quòd judex ut talis judicet Matrimonium in foro externo esse invalidum, & ut persona privata judicet in foro conscientie validum? Imò potiùs repugnat, quòd judicet in foro externo validum, cùm reverà dispensatio, ut supponitur, in illo foro non valeat, cùm pro illo foro non sit data. Concedimus (inquit Navar. sup. n. 11. in 2. edit.) quòd Matrimonium prædictum statim ab initio ita valuit, aut non valuit, ut Papa non potuerit efficere, ne valeat, aut ne valuerit; sed negamus, quòd Papa non possit statuere, vel dispensando efficere, ut aliquod Matrimonium, vel aliquod Sacramentum, quod verè debet judicari tale in uno foro, non debeat judicari esse tale in alio foro; quia hoc nulli legi divinæ repugnat: licet enim Papa non possit efficere, ut Confessio & Absolutio Sacramentalis, jam legitime factæ non valeant; potest tamen efficere, ne in foro contentioso judicentur

valida; imò jam esset per eadem jura judicandum esse, quòd illæ, jam legitime à penitente & Parocho factæ, & mortuo Parocho judicari debeant valide in foro conscientie; non tamen judicari debent taliter in foro contentioso: quia non potest probari in illo, eas fuisse factas, prout nec potest mortuo Confessario, per quem solam probantur probari. Per ejus item jura judicandum est, quòd excommunicatus absolutus in foro conscientie tantum à Papa, licet ante à principio sit verè absolutus in illo, non judicetur absolutus in foro contentioso. Hæc ille.

Ergo consimiliter fieri potest, ut per Privilegia jura judicandum sit, quòd per dispensationem in foro conscientie tantum legitime conjugatus, licet statim à principio sit verè conjugatus in illo foro, non tamen possit conjugatus in foro contentioso; & proinde in eo foro possit & debeat à conjugato, donec dispensatio obtineatur pro eo foro. Si dixeris: antiquissimi ipsius Curie habet, ut literæ dispensationis in foro conscientie obtentæ, continerent clausulam, ut dispensatio clam absque testibus, & facta literæ dilanentur. Quod ob id literæ fieri videtur, ne dispensatio probari possit, & operetur effectum pro foro externo: ergo quando reverà constat judici fori externali, tenetur dispensationem pro eo foro ratam habere, & eos conjugare.

Respondet Navar. sup. n. 12. Concedimus, quòd prædictæ literæ dabatur clausula, & sigillatæ, & quòd in multis eorum ponatur clausula de Janandis literis post absolutionem vel dispensationem, per eas factam sed negamus, quòd id debeat ad finem, contenta in eis, postquam scirentur & prorentur, prodesse in foro contentioso. Quia hoc nemo unquam dixit. Tunc, ut etiam Sarnensis, qui de hoc testatur, definit hoc fieri solitum, ut evanesceret necessitas componendi, quæ fuisse testatur ad hoc, ut in foro contentioso foret. Tunc quia verius videtur, id fuisse volum, ne secreta peccata & delicta, de quibus voluntandis gravissimum juramentum in Penitentiaræ prætorio præstatur, in tribunalibus eorum, quibus gratiæ fiebant, prodessent: sed quia ex illa literarum Janandis evanesciebant aliqua inconvenientia absolutio, & dispensatis per eas, nuper inductum est, ut rarissime ponatur illa clausula, habito comperto, quòd per illas literas, quibus vel committitur absolutio vel dispensatio in foro conscientie tantum, non probentur quidquã quoad forum contentiosum ad hoc, ut Judex illius fori teneatur ad aliquid factum vel omittendum in illo foro, sed quòd literis illis non visis, non teneatur. Hæc ille.

B O N O Sacramentum Matrimonii

Alium finem addit Sanchez sup. n. 17. dicens: Eam clausulam esse, ad denotandum nil prodesse eam dispensationem pro foro externo, in quo exigebatur fides fieri per literas, continentes dispensationem.

Porro si objiciat; alibi non semel dictum fuit, quando constat rei veritas, nec proceditur ex falsa præsumptione, idem in utroque foro censendum esse; ergo cum hic constet veritas dispensationis, nec procedatur ex falsa præsumptione, sicut in foro interno judicatur valida, ita in externo, vel in neutro valere debet.

Respondeo: Antecedens intelligendum esse, quando non fit concessio limitata pro solo conscientie foro; dum autem limitatur, est diversum iudicium in his foris, quamvis rei veritas constet.

Hinc quia facultas absolventi ab excommunicatione, concessa per Bullam, non restringitur ad solum conscientie forum; idem DD. aliqui opinantur, illam absolutionem pro utroque foro præstari; hic autem sumus in casu valde diverso, expressè enim in his dispensationibus habetur, illas non suffragari pro foro externo.

Ex quo etiam patet; quare blasphemus, absolutus in foro conscientie, puniendus non sit in foro externo, ut docet Felinus cap. De his, de Accus. num. 7. §. Fallit 3. ubi sic ait: Fallit 3. nisi absolvatur, & absolutio facta in Pœnitentia operetur per omnia eundem effectum, quem absolutio judicialis. Et idem si statutum imponit poenam blasphemanti Deum, & per aliud statutum remittitur poena, habenti pacem ab offenso, si talis blasphemans egit poenitentiam, & per hoc habuerit pacem à Deo, & sic ab offenso, repellatur per omnia accusator.

Pater, inquam, hanc doctrinam prorsus esse alienam à casu nostro; quia ibi posterius statutum decidit pro foro externo; in nostro autem casu, ut supponitur, dispensatio est pro solo conscientie foro. Et sic satisfactum est omnibus, quæ ab Adversariis contra hanc nostram limitationem objici possent.

De cætero, ut bene notat Aversa q. 7. sect. 5. §. fin. hoc ita præstandum est, quando delator vult insistere super impedimento, aut illud protulit jam in formam judicialem. Sed tamen, si is secretè & privato solummodo detulit impedimentum ad aures Parochi, videtur fieri posse, ut Parochus illum admoneat de dispensatione obtenta, ne sollicitus sit de eo impedimento. Qui proinde si acquiescat & cesserit, poterit Parochus seu Prælati concedere Matrimonium.

Sicut nempe sect. præced. dicebamus, posse illos, qui noverunt impedimentum,

& ipsosmet, qui contrahere volunt, illud tacere aut negare, quando constat de dispensatione obtenta. Et sicut Sanchez ipse n. 16. admittit, quod si contrahere volens, interrogatus à Notario vel à Judice, fateatur se habere certum impedimentum, simul adiciens se fuisse dispensatum in foro conscientie, posse, antequam subscribat, ab eodem Notario vel Judice admoneri, ut se corrigat, & potius respondeat, se nullo detentari impedimento, intelligendo scilicet, quod sit in vigore: ne illo modo proferat impedimentum in iudicio, in quo non potest pariter dispensationem proferre: & sic posse illi concedi Matrimonium. Hæc ille.

Dicitur autem: *Antequam subscribas*: quia ante subscriptionem nondum est perfecta (inquit Sanchez sup.) confessio judicialis; facta verò confitentis subscriptione, non credo posse se corrigere; quia jam est perfecta confessio judicialis, & cœptum est iudicium, impedimentumque deductum ad forum contentiosum.

Quod si dicas: non inchoatum esse iudicium; hoc enim constat ex Judice, actore & reo; cap. Forus, de Verb. signif. ibi: *In omni quoque negotio hæc personæ quaruntur, Judex, accusator, reus, & tres testes*. Hic autem nullus est actor, cum nemo denuntiaverit impedimentum. Dic, officium Judicis inquirentis succedere loco partis, sive delatoris, quamvis non loco partis, principaliter offensa. Hæc Sanchez.

Sed jam tempus est, ut, explicatâ veritate limitationis, ipsum principale, cujus limitatio est, enucleemus; tempus, inquam, est, ut probemus; Parochum, cui soli constat impedimentum, nullatenus dispensatum, posse & debere publicè accedentes rejicere, si, juxta leges fraternæ correptionis admoniti, nolint desistere.

Et quidem debere præcedere fraternam monitionem, maximè si impedimentum est infamatorium, v. g. affinitatis ex copula illicita, aut criminis ex adulterio, vel uxoricidio, nemo ambigit; oportet quippe confutere famæ, quantum commodè fieri potest; & quia semper aliqua infamia est, velle contrahere cum impedimento sive dirimente, sive merè prohibente; nam peccatum est, nisi per bonam fidem excusetur, quæ bona fides non constat assistentibus publico Matrimonio; hinc semper præmittenda est hæc admonitio, quando commodè præmitti potest.

Sin autem eâ præmissâ, adhuc contrahentes insistent apud Parochum pro celebratione Matrimonii, & publicè se ingerant, nequit Parochus eis Sacramentum ministrare, seu eorum Matrimonio assistere; sed potest & debet eos repellere, deferendo impedimentum

*cum potest tacere vel negare quâdo constat de dispensatione.*  
Sanchez.

343. *Ante subscriptionem nondum est perfecta confessio judicialis.*

Occurritur objectioni. C. 20. de Verb. sign.

344. *Parochus cui soli constat impedimentum debet publicè accedentes rejicere,*

*premissâ tamen fraternâ monitione.*

345. *Probatur.*

dimentum Ordinario, ad quem, ut dictum est, spectat veritatem impedimenti discutere; si enim, ut ex præced. Concluf. liquiddè constat, quilibet privatus, etiam unus solus, tenetur impedimentum deferre seu denuntiare, à fortiori tenetur Parochus, cum ipsi incumbat ex officio impedimenta investigare, & saluti spirituali ovium suarum consulere, ejusque testimonio sufficienter & plenè probetur impedimentum, ne Matrimonium contrahatur. Hæc est communis & verior sententia.

346. *Oppositum docet Pontius,*  
Cui tamen Nonnulli resistunt, in primis Pontius hoc fundamento (de quo disputavimus Concluf. præced.) quoddam testimonium solius Parochi non sufficienter & plenè probet. Quod (inquit ille c. 35. n. 6) ad Parochum attinet, existimo etiam consequenter ad ea, quæ dixi cap. præced. si occultum est impedimentum, & solus Parochus novit, non teneri comparere coram Ordinario, & illi impedimentum detegere; movent enim me eadem fundamenta: sed posse & teneri assistere Matrimonio petentium, sive teneantur impedimento dirimenti, sive impedienti tantum, & sive petant publicè, sive occultè. Hæc ille.

*sed sine sufficienti fundamento.*  
Sed nos ea fundamenta Concluf. præced. eruimus, & sicut domus superædificata ibi corruit; ita & hæc corruiere necesse est, nisi solidioribus fundamentis imponatur. Sed, amabo, quæ ista?

347. *Fundamentum oppositæ sententiæ.*  
Peccatori, inquit, occulto, petenti publicè Eucharistiam, quàm vis recipiendo delinquat lethaliter, nequit Parochus eam negare; quia petit jus suum, quo privari nequit, nisi ob causam manifestam: ergo eadem ratione, licet petens Matrimonium cum voto, vel alio impedimento occulto, peccet, cum jus suum petat, nec infamari debeat, tenetur Parochus ei ministrare.

*Confirmatur 1.*  
Et confirmatur; quia affecto aliquo lethali occulto, petenti publicè Matrimonium, non potest Parochus negare, licet ille lethaliter delinquat, sic recipiendo Sacramentum; ergo similiter dicendum est de habente occultum impedimentum impediens, ut votum; cum tantum agatur de vitando peccato lethali, quod admittit sic contrahendo.

348. *Secundò.*  
Confirmatur 2. Quia laborans impedimento occulto, ut irregularitate, si publicè Ordines petat à proprio Episcopo, casu quo tenetur eos conferre, non potest expelli, ut constat ex cap. *Ex tenore*, de Temp. Ordin. fin. ibi: *Verumtamen quia peccatum occultum est, si promoveri voluerit, eum non debes aliquâ ratione prohibere.* Ergo similiter nequit proprius Parochus negare Matrimonium publicè petenti ob impedimentum occultum: & eò fortius, quod illa irregularitas

impedit post susceptum Ordinem, illius exercitium: impedimentum verò impedienti tracti usum, nisi sit votum castitatis, quod solum impedit usum quoad debiti matrimonium. Ita argumentatur Adversarius.

Sed quid ad hæc Sanchez? Suprà ad ad principale argumentum, & primam confirmationem; Respondet neg. Consequenter tiam. Est enim, inquit, longè dissimilior de aliis peccatis occultis, quæ non impediunt Ordinum receptionem, & Matrimonium, quia Ecclesia non habet jus in foro exteriori ad impediendum ob illa Matrimonium, vel Ordines, vel Eucharistiæ receptionem, ut non judicet de occultis; sed solius contractus fraternalæ lege tenetur occultis peccatis denegare; quando autem sunt impedimenta, jure ipso impediencia Ordines vel Matrimonium, habet jus in utroque sim procedendi, si unius testimonio probatur, ut contingit hic; potest enim in Matrimonio probari impedimentum, nec par illo laborans jus suum; jure etiam tenetur contrahere: nec Parochus negare, nec infamari: quia tenetur secreto moneri, et noli monitus desistere, sibi imponit, etiam potest & tenetur negare, donec Ordinarium adeat, tacitè degenationis causa. Item est alia aperta differentia; quia in hoc casu potest impedimentum probari antea teste, non autem alia peccata occultis ad repellendum ab Eucharistia. Hæc ille.

Porrò ad secundam probationem dicitur ibidem: eam concludere Ordinarium, qui Judex est, non posse publicè denegare Matrimonium ob impedimentum, sibi solum: quia cum Judex sit, nequit esse testis, unde impedimentum est omnino improbabile; secùs autem de Parocho, qui cum sit Judex, potest testificari de impedimento. Hæc ille.

Sed Coninck disp. 27. n. 67. præced. dicendum de Episcopo, quod de testibus. Quia, inquit, sicut idem non potest esse Judex & testis, ita nec potest idem esse confessor & testis. Undè sequeretur, Matrimonium nunquam posse impedi, quia unus solus novit ejus impedimentum. Quod re dicendum est, illa non esse vera, quando solum agitur de peccato impediente: quia cum tunc judicium in nullius cedat prejudicium, sed sit totum favorabile, etiam in contra quos fertur, quibus omnino expedit à tam gravibus peccatis impediri, nullatenus sit injuria, si idem sit Judex & testis.

Adde; ex illa ratione tantum sequi, Episcopum eo casu non posse tales solâ auctoritate impedire à Matrimonio; sed teneri illud impedimentum ad Nuntium Apostolicum, aut alium legitimum Judicem

deferre. Caput autem: Ex tenore, ibi citatur, nihil facit ad rem. Quia ibi non dicitur, Episcopum teneri ordinare eum, quem novit occultè irregularem; sed quem novit commississe peccatum, ob quod esset deponendus, si publicum esset, cum quo confilii, eum non esse irregularem, quamdiu illud occultum est. Et illum, de quo ibi agitur, non fuisse verè irregularem, patet; quia ibi dicitur ei suadendum, ut contentus Ordine suscepto, in eo ministraret; quod irregulari non suadendum, sed prohibendum esset, cum hoc sine peccato facere non posset. Ita Coninck.

351. Quem sequitur Aversa quæstion. 7. sect. 58. At si Prælati, ubi, præter jam dictam ex Regio, aliam adducit rationem dicens: Tum, quia potest proponi contrahere volentibus, ut ipsimet absque sua infamia desistant: quod non perinde fieri potest, quando in publica Ordinatione occultus irregularis accedit, si admittatur illud exemplum.

Verùm hæc ratio disparitatis, non videtur subsistere; quia fieri potest, ut quando volentes contrahere in facie Ecclesiæ accedunt cum multitudine amicorum, non possint absque sui infamia desistere. Si dixeris: possunt moneri antequam accedant; dico ego: etiam Ordinandus potest moneri antequam accedat; & tamen si post monitionem in publica Ordinatione accedat, non potest prohiberi.

Porro quod ait Coninck: Illum, de quo ibi agitur, non fuisse verè irregularem, id non satis probat; nisi intelligat irregularitatem totalem & absolutam; nam sæpè in jure infligitur irregularitas impediens à susceptione Ordinum, non autem ab executione jam susceptorum; ratio autem Coninck solum probat, non fuisse illum impeditum ab executione jam susceptorum, cum quo bene stat, fuisse impeditum à susceptione Ordinum, quod sufficit ad probandum intentum Adversariorum.

352. Sed placet audire Panormitanum, qui in præfatum caput circa finem objicit: Vel hæc Decretalis intelligitur de crimine gravi, vel mediocri. Primo casu, si loquitur de gravi, quod videtur, quia imponitur poena degradationis, non procedit; quia dicit in fine: Acta poenitentia potest in susceptis ministrare. Vel de mediocri, & tunc, ex quo occultum est, non debet prohiberi à promotione. Solutio: potest intelligi de gravi crimine, non tamen inducente irregularitatem vel suspensionem, ex quo est occultum; & tale, acta poenitentia, non impedit in suscepto ministrare; ad superiores tamen Ordines non debet ex consilio pro-

353. moveri, & sic esse monendus, non tamen compellendus. Hæc ille.

354. Sed cur monendus, si crimen, quod commisit, non induxit irregularitatem, ex quo est occultum? Glossa ibi verb. Utatur, sic ait: Nota ergo, quod dicit hic; quod criminis acta poenitentia potest promoveri, & in susceptis Ordinibus ministrare. Et cap. fin. eod. ita lego: Respondemus: quod si proposita crimina (puta adulterium, perjurium, homicidium vel falsum testimonium) ordine judiciario comprobata, vel aliis notoria non fuerint, non debent hi (præter reos homicidii) post poenitentiam in jam susceptis, vel suscipiendis Ordinibus impediri: qui si non poenituerint, monendi sunt, & sub interminatione divini judicii obtestandi, ut in testimonium suæ damnationis in susceptis etiam Ordinibus non ministrarent.

355. Ubi Panormitanus notabili 4. inquit: Nota 4. Regulam, quod omne delictum, quantumcumque grave, occultum, intellige prout distinguitur contra notorium, probabile tamen, post peractam poenitentiam non impedit ad Ordines ascendere, & in susceptis ministrare; & sic non causat irregularitatem. Fallit in homicidio, quod delictum quantumcumque occultum, id est, non notorium, inducit irregularitatem; & impedit in suscipiendis & susceptis ministrare, etiam acta poenitentia. Hæc ille.

Quæ sufficiunt pro responsione ad secundam confirmationem; eo addito, quod unus testis plenè probet impedimentum Matrimonii, propter jura superius allegata, secus impedimentum Ordinis, de quo non extant similia jura. Cæterum contra responsionem Sanchez ad principale argumentum, arguit Lugo de Sacramentis in genere disputatione 8. sectione 13. numero 209. Primò: quia Ecclesia per excommunicationem secretam verè prohibet etiam contrahere Matrimonium non minus, quam votum secretum castitatis id prohibeat. Secundò: quia de hoc ipso petitur ratio, cur ob votum castitatis, unico teste probatum, possit Ecclesia negare Matrimonium, & non propter excommunicationem, uno teste probatam, cum tam impediatur licitam receptionem illius Sacramenti excommunicatio secreta, quam votum castitatis secretum. Tertio: quia ad minus sequeretur, quod quando excommunicatio vel peccatum secretum potest probari duplici teste, possit & debeat Parochus negare assistentiam petentibus, etiam in publico. Quarto: quia saltem quando peccatum

Kkkk vel

353. Arg. contr. d.

354. Delictum occultum, excepto homicidio, non causat irregularitatem, ex Panormitano.

355. Aliquos obtestans contra doctrinam Sanchezii, ex Lugone. Prima. Secunda.

Tertia.

Quarta.



vel excommunicatio petentis est publica, licet non faciat eum vitandum; debet Parochus negare, cum jam possit pertinere ad iudicium Ecclesie, quod tamen est contra praxim: nullus enim Parochus negat assentiam conjugum, cuius peccatum aliquod grave communiter cognoscitur. Hæc ille.

356.  
*Resp. Coninck.*

Si dixeris cum Regio disp. 27. num. 69. ibi tantum agitur de unico peccato externo vitando, quod jam peccator quantum potuit interiùs complevit, & à quo speratur postea facile emendandus. Hic autem agitur de pluribus peccatis vitandis, quæ talis tota vitâ committet fornicando cum putatâ uxore, aut violando votum castitatis, aut etiam de vitando irreparabili damno tertii, quocum alteruter tenetur contrahere. Quæ cum gravissima sint, longè magis nos obligant, ut ea impediamus, etiam cum aliqua aliorum infamia, quam illud periculum, ne quis exterius indignè Sacramentum suscipiat, quod jam interiùs, quantum potuit suscepit.

*Rejicitur à Lugone.*

Contra, inquit Lugo supra num. 211. quia non omnia impedimenta Matrimonio afferunt ejusmodi inconvenientia post se; nam votum non ineundi Matrimonium est ex impedimentis Matrimonii impediens, & tamen non affert ea inconvenientia aliorum peccatorum subsequendum; quia semel inito Matrimonio, poterit licitè conjux ille reddere & petere debitum conjugale, quod idem ferè est de voto castitatis: nam semel inito & consummato Matrimonio, non est periculum certum semper aliorum peccatorum sequentium; & tamen ejusmodi impedimenta, etiam secreta, faciunt, quod Parochus debeat repellere volentes contrahere. Ita Eminent.

357.  
*Confirmatur Resp. Coninck.*

Urget quis: in iis casibus procedit illud aliud inconveniens de damno irreparabili Dei, cui fides, data per votum, irreparabiliter frangitur.

*Contra arguit Lugo.*

Sed contra, inquit idem Auctor num. 212. quia si aliquis vovisset non sumere Eucharistiam in peccato, non posset Sacerdos ei in publico petenti negare Eucharistiam, propter illud peccatum occultum, licet tunc etiam irreparabiliter læderet jus, Deo acquiritum per tale votum; hoc ergo non sufficit de se, ut repellantur volentes contrahere cum ejusmodi impedimentis occultis.

Adde: posse sæpè contingere, ut ejusmodi periculum peccatorum sequentium vitari possit, si v. g. Parochus sciat, se posse illi conjugum, habentem votum castitatis, impetrare facile postea dispensationem voti, aut se habere facultatem ad dispensandum cum ipso post Matrimonium initum ad peten-

dum debitum, prout aliqui ex privilegio habent, in quibus casibus non debet petentis propter peccata subsequenda repellere illos cum infamia præfenti, sine qua postea faciliùs ea peccata postea impedire. Hæc ille.

Instita ex Coninck sup. ex hac denuntiatione non sunt ordinariè nata (sequi videtur) incommoda, atque ex repulsa occulto peccatoris à susceptione Sacramentorum. Quod rariùs est ejusmodi incommoda subesse debent coram Ordinario probari: quæ tam facile possunt fingi, nec ex ista præfata nasci scandalum, aliorumque turbatio fieret, si occultus peccator deberet repellere susceptione Sacramenti.

Contra arguit Lugo sup. n. 211. Quod non minus potest probari coram Ordinario excommunicatio occulta, quam manifestum cultum castitatis, imò multò faciliùs, si propter debitam correctionem, & tunc dum peccatum contrahenti, debet Parochus suscipere in se onus præfatum, vel certè denuntiandi, debet cum suspensio re onus probandi, vel denuntiationem communicationem.

Adde: ejusmodi impedimenta etiam in probatione plena sufficere, ut Ordinarius repellat: ergo & excommunicatio occulta non plenè probata sufficere. Denique; ergo quando excommunicatio publica est, vel peccatum, poterit & debet Parochus repellere volentes contrahere Matrimonium: tunc enim facile probabit, quod omnes norunt, nec sequuntur illa alia incommoda. Usp. inquit Cant.

Et illicò subiungit: sentit hanc difficultatem Tho. Sanchez postea in alio loco Lib. 7. de Matr. disp. 11. n. 11. ubi ponit hanc conclusionem: scilicet contrahens cum habente votum castitatis peccat mortaliter. Cùmque eam variè probasset. Obstat fortiter huic conclusioni: nam in Matrimonio cum excommunicato, si non denunciato, nulla est culpa, nec peccatio, quàm vis ipse excommunicatus peccet, quia excommunicatus non inducitur in obprobrium, & potest benè contrahere, postea postea absolute. Similiter ergo nulla culpa, cum habente votum castitatis pariter inito Matrimonio: potest enim, præfatum voti dispensatione, licitè id facere. Ita Sánchez objicit Sanchez.

Respondet autem; disparem esse rationem. Nam, inquit, excommunicatio non est impedimentum speciale Matrimonii: sed sicut peccatum mortale impedit omnium Sacramentorum receptionem, ratione indignitatis recipientis, ita excommunicatio non ita statuit Ecclesia ob reverentiam & dignitatem Sacramenti, quod bonam receptio-

ris dispositionem petit. Cum non sit igitur speciale impedimentum Matrimonii, nec illi obstat, quatenus contractus est, sed ratione Sacramenti, inde est, ut id obstatulum non afficiat utrumque contrahentem. Quare ex ea parte nulla erit culpa in non excommunicato, nisi cooperaretur ad alterius peccatum, quæ cooperatio non reperitur in ipso contrahente cum eo excommunicato parato. At votum impedimentum speciale est Matrimonii, ut est contractus, ac proinde utrumque contrahentem impedit. Iustus enim Matrimonii contractus petit, in neutro contrahente esse impedimentum impediens aut dirimens. Quare licet cesset cooperatio, cum astrictus voto est paratus, & inducit alterum, qui, ut suæ utilitati consulat, Matrimonio annuit: at non cessat ratio peccati, eò quod contravenitur impedimento impediendi. Hactenus Sanchez.

361. Hæc ratio (inquit Lugo sup. 215.) applicari etiam potest ad casum nostrum de obligatione Parochi, & magis fortasse attingit punctum discriminis; sed indiget explicatione. Adhuc enim videtur subesse difficultas, quid faciat illa major vel minor specialitas, ut idem unum impedimentum debeat denuntiari, & non alterum. Ponamus v. g. Petrum obligatum esse Joanni, ad nullum prorsus contractum celebrandum, absque ejus consensu seu consilio; vel à Superiore, potestatem habente, ejusmodi præceptum habere: hoc quidem non est impedimentum speciale Matrimonii, sed commune omnium contractuum, & tamen erit ex impedimentis, quæ denuntianda essent, & propter quæ Parochus deberet illum repellere; ergo quoddam excommunicatio fit impedimentum commune ad omnia Sacramenta, non facit, quod non debeat propter eam repellere, volens contrahere Matrimonium. Hæc ille.

362. Interim existimat, rationem illam explicari posse in debito sensu; quod scilicet differentia sit inter ea, quæ impediunt Matrimonium sub communi ratione Sacramenti, prout impedit excommunicatio vel peccatum mortale; & inter ea, quæ impediunt illud sub ratione sive communi sive speciali contractus, prout sunt alia impedimenta dirimentia, vel etiam impediencia Matrimonii. Nam, inquit, impedimenta prioris generis non magis impediunt circa Matrimonium, quam circa Eucharistiam, Confirmationem, Extremam Unctionem, quæ vidimus non esse in publico neganda propter obicem occultum. Quæ ratio à fortiori procedit in Matrimonio, prout Sacramentum est: imò magis, quam in aliis Sacramentis; ea enim saltem de-

bent negari publico peccatori, non tamen debet Parochus repellere publicum usurarium, aut concubinarium à celebrando Matrimonio; quia in hoc Sacramento Parochus non est minister, nec ipse confert tanquam Pastor & Distributor illud Sacramentum; sed afficit quasi testis & Notarius publicus, ad quem non spectat examinare merita suscipientis, sed fidem facere & testari, quæ videt.

Alia est ratio de iis, quæ impediunt Matrimonium, prout contractus est; nam contractus humani, prout tales sunt, pertinent ad Principem seu Superiorem humanum, ut Judex est; Judex autem habet jus examinandi & inquirendi, an contractus legitimè & debitè fiat: potest ergo ut Judex inquirere de impedimentis legitimis, ut constet, an debeat suam auctoritatem interponere in tali contractu, an potius prohibere, ne fiat. Non tamen debet inquirere de aliis peccatis, quæ aliundè & extrinsecè possunt illi contractui advenire.

Sicut etiam Notarius debet non conficere instrumentum publicum super contractu, facto contra Juris prohibitionem, & in quo non servantur omnes conditiones legitimæ, tam quæ non reddunt, quam quæ reddunt irritum contractum; non tamen debet Notarius inquirere, an contrahentes aliundè peccent in ipso contractu, ut peccent contrahentes ex fine vitioso & mortali.

In Sacramentis autem, ut Sacramentis, hoc non procedit; quia circa ipsa Ministri non sunt Judices (excepto Sacramento Pœnitentiæ) sed Dispensatores; & in aliquibus sunt Dispensatores eorum, ad quæ omnes fideles habent jus. Undè non habent in illis jus inquirendi, sed debitum ministrandi & dandi medicinam, cibum spiritualem, &c. omnibus qui petunt; & licet ut Pastores debeant non dare indignis, hoc tamen non debet esse cum infamia petentis; quia cum hoc debitum procedat ex reverentia Sacramenti, & hæc reverentia lædatur non positivè, sed negativè per omissionem majoris reverentiæ debitæ in petitione indigna, non debet Pastor impedire illud peccatum cum infamia positiva petentis.

Adde: Parochum, ut diximus, non esse ministrum Sacramenti in Matrimonio, sed testem vel quasi Judicem, præstantem auctoritatem contractui suæ præsentia; atque ad eò considerando Matrimonium, ut Sacramentum est, non habet Parochus debitum, aut jus repellendi indignum, sed solum habet jus repellendi petentem cum impedimento aliquo contra Matrimonium, ut contractus est; quia prout sic subditur Superioribus Ec-

K k k k 2 cle-

363.

Superior debet inquirere de impedimentis legitimis contractus; non tamen de aliis peccatis.

Vitiosum Notarius.

364.

In Sacramentis, quæ talia sunt, non est illa obligatio.

365.

Parochus non est minister Sacramenti Matrimonii, & idè non debet repellere indignum.

clesiasticis, ut Judicibus contractuum: & licet non in omnibus contractibus Judices & Superiores adhibeant hanc inquisitionem, quia in iis non multum refert, quod fiat contra aliquam prohibitionem, aut quando ratione alicujus impedimenti non deberent fieri: in Matrimonio tamen propter rei gravitatem, & quia affert secum deliberationem de tota vita, utitur toto jure suo Ecclesia, ac per publicas denuntiationes & monitiones inquirat: sicut & in Professione Religiosa, in alienatione rerum Ecclesiae, in donationibus excessivis, & aliis similibus, provisum est à jure de certis solemnitatibus ad præcavendam omnem fraudem, & vitanda omnia inconvenientia, quæ in his materiis gravioribus graviora essent. Hactenus Eminent.

Videri possunt ea, quæ nos de hac controversia diximus Disp. 1. hujus Operis, Sect. 7. Conclus. 13. & 15. Arbitror planè, ex ibi & hic dictis plenè satisfactum esse principali argumento Adversariorum; & primæ confirmationi, ita ut nihil ampliùs restet, quod indigeat ulteriori solutione.

366.

*Pro ministrandis aliis Sacramentis peccatori occulto habemus factum Christi.*

Ad pro sine: nos habere, pro ministrandis aliis Sacramentis peccatori occulto factum Christi, communicantis in ultima, Coena Judam Ischariorem; & nullum autem factum Christi habemus, pro ministrando, seu potiùs assistendo Matrimonio ejus, qui legitime est impeditus. Omnibus itaque consideratis dico: non solum Parochum, sed etiam Ordinarium, etsi ipsis solis constaret extra confessionem impedimentum dirimens, seu merè prohibens, non solum posse, sed etiam debere, præmissâ secretâ monitione, publicè accedentes rejicere, etiam cum eorum infamia, quam sibi ipsis causant, quando admoniti nihilominus publicè accedunt.

*Parochus potest assistere Matrimonio imposito, si Ordinarius compellat.*

Equidem quod ad Parochum attinet, est communissima sententia; sic tamen, ut Parochus possit assistere, si Ordinarius eum ad id compellat, quia alter se purgavit ab impedimento, & falsis probationibus elisit testimonium Parochi. Ratio est: quia jam Parochus denuntiando Ordinario impedimentum, satisfecit muneri suo, ac de reliquo debet subire Prælati judicium, diciturque tantum permittit peccatum contrahentium, & nullitatem Matrimonii; non autem eis cooperari.

367.

*Quid dicendum de Ordinario Sanchez. Dicastillo.*

Sed numquid eadem ratio Ordinarii? Quàmvis hæc doctrina, quatenus spectat ad Ordinarium, à Sanchio & Aliis negetur, mihi (inquit Dicastillo disp. 3. num. 312.) videretur posse aliquantulum alter ad praxim deduci; nam si Ordinarius ipse novit impedimentum, quod probare non potest aliis testibus, non video cur non possit uti aliquo

remedio Superioris, ad id impediendum, vel deferendo ad Superiorem, v. g. Nuntium Metropolitanum, apud quem deponat de hujusmodi impedimento; neque apparet, contracturum serio monitus, & nolentem stare, non possit per Metropolitanum coram quo Ordinarius deponat.

Quod si hoc ob alias difficultates videtur minus juridicum, non video, cur ille, qui novit impedimentum, sit Ordinarius Episcopi, Generalis Vicarius, non possit cum tali impedimento quod novit, recurrere ad Episcopum, tandem ipse Episcopus rejiciat tale Matrimonium.

Imò etiam econtrà non video, cur Episcopus ipse fuit, qui novit illud impedimentum, etiam ad ipsum recurrere pro tali Matrimonio, non possit, nisi præmissâ suo Vicario, qui judicet de ipso, ipsemet Episcopus testificari, in re tam gravi dedecet Episcopum, quam testem, aut etiam committere prædictum impedimentum.

Neque obstat: quod Vicarius in negotiis non obstat, quod Rex aut Princeps supremus, in re gravi dignetur testificari coram Judicibus, à se constitutis.

Addit Card. Lugo ex Coacico, quem refert, etiam ipsum Ordinarium esse posse Ordinarium & testem in tali causa. Sicut & P. Rochus est simul accusator & testis in negotio. Quia tam contra Regulam & normam aliorum judiciorum videtur, esse simul accusatorem & testem, atque Judicem & testem. Quod mihi non displicet in favorem Matrimonii legitimi incurrendi, à legitimi repellendi; maxime si agatur impedimento dirimente, quod est gravissimum, concernens bonum commune & pacem Reipublicæ. Verum hæc raræ sunt, & judicio prudentis, & sapientis contingant, majori ex parte decedenda tenentur Dicastillo.

Si contrà objicias: contrahentes habere jus, ut ab ipso Ordinario conjugantur, quæ possunt compelli ad appellandum, respondeo: non habere jus, ut stante impedimento, quod legitime probari potest, ab Ordinario conjugantur; sed possunt compelli ad appellationem, sive potest eos Ordinarius trahere ad aliud tribunal, seu convenire coram alio Superiore, ad probandum impedimentum, & sic Matrimonium impedire.

Sed quid, si contrahentes fateantur quidem impedimentum, v. g. votum, nequam tamen se eo teneri; quia indeliberatè utuntur

Bibliotheca  
Sacramentum  
Matrimonii

fictè voverunt, aut ex alia causa? Aliqui apud Sanchez sup. n. 8. asserunt: eis esse credendum, quia hic actus pender ab animo, ea verò quæ ab animo pendent, & in animo consistunt, ut scientia & ignorantia, probantur partis juramento. Deinde: quia hic solum agitur de bono conscientie petentis Matrimonium, qui peccabit contrahendo, quando est impedimentum voti simplicis, vel aliud non dirimens, valebit enim Matrimonium: ergo relinquendum est conscientie ipsius negantis votum, vel dicentis se eo non teneri.

Verum enimverò opposita sententia sicut communior, ita verior apparet, quam amplectitur Sanchez sup. n. 9. & probatur primò; quàmvis enim Confessarius in foro conscientie fidem adhibere debeat, secus tamen est in foro externo, ad quem Matrimonium pertinet, & in quo non creditur infirmanti id, quod plenà & ingenuà voce protestatus est, cap. Per tuas, de Probat. ibi: *Cum nimis indignum sit (juxta legitimas sanctiones) ut quod sua quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.* Ergo fatens votum sibi objectum, non poterit solo suo testimonio id ipsam infirmare.

372. Probatur secundo ex nonnullis presumptionibus juris. Prima: quod nemo præsumitur ore proferre, quod in corde non habet, nisi ipse indicet jocosè dici, leg. Labeo, ff. de Supell. Legat. § 2. ibi: *Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari solent: nam vocis ministerio utimur. Cæterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitur.*

Menochius Atque hanc præsumptionem Menochius lib. 3. Præsumpt. i. n. 36. & 37. appellat, violentam juris præsumptionem, quam facit lex, præsumens id esse in corde quod loquitur lingua. Cum ergo sit violenta juris præsumptio contra proferentem ore votum, quod corde & ex animo, non autem fictè protulerit, non elidetur hæc præsumptio solâ volentis contrahere confessione; cum in foro judiciali credatur homini contra se, non autem pro se; ut constat ex l. Omnibus, 10. ff. de Testibus. Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem jura submovent.

373. Secunda; quia delictum mendacii non præsumitur, sed ea præsumptio mendacii semper fugienda est, cap. 2. de Reg. juris in 6. *Possessor male fidei nullo tempore non præscribit.* Et cap. 14. 11. q. 3. *Abst. ut quidquam sinistrum de bis arbitremur, qui Apostolico gradus succedentes, Christi Corpus sacro ore conspiciunt &c.* Ita Pontius sup. cap. 36. n. 6. post Sanchium sup. Sed quomodo ex illis

cap. rectè inferatur: ergo præsumptio mendacii semper est fugienda, relinquo aliis explicandum, quia ego, ut verum fatear, non satis capio verbum istud.

Tertia præsumptio: quia in voto præsumitur animus se obligandi, ut latè probat Sanchez lib. 1. disp. 9. n. 13. Dico paucis: ubi constat de externa promissione, dubitatur autem de animo se obligandi, possessio est pro promissione contra libertatem, igitur præsumptio est pro animo se obligandi: Hinc statim ac aliquis ait, se jurasse vel promississe, non rogatur, an habuerit animum se obligandi, quasi is animus præsumatur.

Nonne probatà Professione, præsumitur profitemem habuisse legitimam ætatem, & neganti incumbit probatio? Ergo dum constat de promissione, præsumetur in dubio animus se obligandi, ad ejus valorem requisitus, & neganti incumbet probatio. Ut proinde forus externus, cognitâ hujus dubii veritate, sententiam feret in promissionis favorem; ergo idem in foro conscientie sentiendum est; uterque enim forus, ubi externus fallæ præsumptioni non innititur, idem judicat, ut non semel alibi diximus.

Cæterum licet hæc duæ probationes abundè sufficiant pro veritate prædictæ doctrinæ; equidem, his non contentus Sanchez tertiam adjungit, dicens: Quando aliquis fatetur delictum cum circumstantia excusante, valet ejus confessio, quoad delictum, non tamen quoad circumstantiam, si jus contra eam præsumat; ut valet confessio dicentis, se hominem necasse in propriam defensionem, quoad eam solam partem quod necavit, jus enim contra homicidam præsumit injustè fecisse; ergo dum quis fatetur se emisisse votum, absque animo tamen se obligandi, credendum est ei quoad votum, non tamen quoad animi defectum, cum præsumptio juris sit contra eum, nimirum animam & cordis intentionem verbis consonare. Ita Sanchez.

Sed hæc probatio non placet Pontio; quia (inquit sup. n. 5.) quàmvis majori ex parte verum sit, confessionem qualificatam, vel qualitate adjunctâ, scindi posse, & ex parte probari, & ex parte reprobari; attamen non est universaliter verum, multas enim exceptiones patitur, quas latè prosequitur Farinacius 3. p. Praxis q. 81. à n. 142. Inter alias autem limitationes ea est, ut intelligatur in prohibitis à jure communi, & quæ contra se habent juris præsumptionem, non verò in aliis. At in hoc casu, quo quis fictè vel sine animo se obligandi votum emisserit, nulla est juris communis prohibitio, cum ad jus commune non pertineat de occultis legem aut judicium ferre.

Aliter etiam limitatur; quando qualitas

374. Tertia. In voto præsumitur animus se obligandi, ex Sanchez. Prima probatio.

Secunda.

375. Probatur 3.

376. Hac probatio rejicitur à Pontio. Primò.

Farinacius.

Secundò.

Kkkk 3

confessione adjecta, justificatur aliunde; scilicet ex probationibus vel præsumptionibus, quibus ea qualitas probari possit, ut docet idem Farinacius ibidem n. 153. qui etiam n. 155. ostendit, in confessione qualificata non habere locum eam limitationem, quam ponit Tho. Sanchez n. 10. quando scilicet neque de voto, neque de qualitate constat, nisi per confessionem Rei. Docet enim optimè, si hæc limitatio admitatur, nunquam posse habere locum eam regulam, quod possit ex parte probari, & ex parte rejici. Quia si de delicto aliunde constet, esset de indubitabili, & tunc non est opus confessione. Quare etiam si non constet aliunde de delicto, quam ex confessione Rei, potest adhuc scindi confessio, & ex parte acceptari, & ex parte reprobari. Ita Basilius.

Sed nunquid hoc negat Sanchez? Attendite. Possit (inquit n. 10.) hoc ita temperari, nempe si nullo alio pacto constet de voto emisso, nisi ex confessione volentis contrahere; tunc, si votum fateatur, & simul defectum animi se obligandi, est ei fides adhibenda; quia est verisimile in utroque veritatem fateri, si mentiri enim vellet, facilius utrumque negaret, cum probationes contra ipsum deficerent, nullusque impedimentum opposuisset: ut in simili dicunt Abbas cap. *Auditus*, n. 32. de Præscript. Ripa. cap. *Cum Ecclesia Saturna*, de Cauf. Possess. n. 30. & 31. de eo, qui confitetur homicidium in sui defensionem, quod nullâ aliâ ratione, quam ex sui confessione constat: quod benè intelligit Ripa. eo n. 31. sine, nisi confessio facta sit metu probationum; ut in simili docet Gloss. c. 1. verb. *Si Confessus*, 15. q. 8. Hæc ille.

Ergo, secundum Sanchium, etiam si non constet aliunde de delicto, quam ex confessione Rei, potest adhuc scindi confessio, & ex parte acceptari, & ex parte reprobari, scilicet quando illa confessio facta est metu probationum. Et consequenter limitatio Sanchez non haberet locum, quando confessio voti facta fuisset metu probationum, sed etiam tunc posset scindi confessio; secus quando omnino spontè confiteretur.

Præterea; contra id quod ait Pontius: *In hoc casu quo quis fidei vel sine animo se obligandi votum emisit, nulla est juris communis prohibitio* &c. arguitur: jus naturale prohibet omne mendacium; mentitur autem, qui promittit sine animo se obligandi; & ideo, secundum Pontium, ex jure communi præsumptio mendacii semper fugienda est. Nemo enim existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit. Ex quibus, inquit ille, merito semper in voto præsumitur animus se obligandi.

Infero ergo: ergo hæc regula: quod con-

fessio qualificata, vel qualitate adjecta, potest scindi, & ex parte probari, & ex parte rejici, habet locum in nostro casu seu confessione voti ficti, quod est prohibitum per se naturæ, & quod contra se habet juris præsumptionem.

Cæterum, ut benè notar Averſius *Si rursus*: in unversum hæc res remittenda videtur ad prudentiam Prælati, ut cumstantiis facti & persone discernatur, nam credere & judicare debeat. Nam quod cum dissolvi possunt sponsalia ex dicto terius partis, assentis se non habentur animum promittendi. Et prælati facilius poterit indulgere Prælati, quando impedimentum est solum prohibitum, & non dirimens, & quando res non est dirimens aut producta in formam iudicii, sed tantum apud Prælatum deducta, unde sine strepitu aut scandalo tractabitur, quando credibilis apparet ex alio parte de suo impedimento delato. *Hæc ille*.

Nec obstat jam dictis, quod si quis dicitur Adversarii, putat: *vota per se de quibus animo, ea autem, que ab animo voluntatis, non probantur solâ partis confessione, licet non duntaxat verificatur, quando non est animi juris præsumptio contra ipsam confessionem, veluti in casu nostro est præsumptio animi se obligandi per votum, & quando animus non potest aliter constare, quando enim potest per verba vel facta animus probari, non statur propria confessio. Ita docet Felinus cap. *Significasti*, 16. de Homic. ubi sic ait num. 2.*

Nota Glossam, que quotidie allegatur, quod super consentibus in animo, que ceteris hominibus nota non sunt, cap. *Erantque*, 32. distinctè statur juramento alio jus, utrum sciverit vel ignoraverit, ut voluerit vel noluerit. Sed fallit præsumptio si afferens de animo suo, laborat, quia ultra assertionem requiritur coram.

Fallit 2. nisi contra illud, quod præsumptio se habuisse in animo, esset præsumptio per se, secundum Bart. valde figuratè. *Insuper omnes, §. Reſtè*, ff. de Fur. in quibus ne de eo, qui ad exculationem furis dicit, omnino consensisse, vel paratum consensisse, quia si fur non est affinis, nec amicus, præsumitur ille hoc dicere fidei animo jurandi, nec propter talem assertionem probatur animus suus, propter præsumptionem, que est contra ipsum.

Tertio fallit, nisi alio modo possit probari de animo alicujus, quam per eju assertionem, putat per actus extrinsecos, secundum Dom. Card. in Clem. 1. ad fin. de Penat. Et ita vult Gloss. ibi in verb. *Commendat*. Hanc fallentiam intellige, nisi effectus in foro conscientie, quia ibi id, quod dicitur, quia

377.  
Quid doceat Sanchez.

B O N A  
Sacramentum  
paris  
D I A  
J E

378.  
Rejicitur doctrina quadam Pontii.

*Quid sit obligatio sigilli.*

quàm dicto alicujus probari posset, probatur solo dicto. Et hoc vult ibi illa Gloss. Hactenus Felinus.

Subdo verba istius Gloss. *Nec obstat, quòd de occultare, & de anime periculo queritur, & sic sibi credendum, de Homic. Significasti, de Sentent. excom. Si verò 2. Fateor id verum in foro penitentiali, de Sponsal. Tua, & quoad vinculum occultè contrahendum, unde ex quo scientiam habet de mora; scire debet se excommunicatum; Judex tamen eum non denuntiabit, nisi prius eo vocato per conjecturas videat illum esse morosum, cognitione super hoc summaria præmissa. Jam autem in casu nostro possunt testes de animo deponere per verba; nam, ut supponitur, constat aliundè, quàm ex ipso vovente, votum fuisse emissum.*

382. *Occurrunt objectioni.*  
Si dixeris: statur confessioni dicentis, se non habuisse animum se obligandi juramento coacto. Respondetur; oppositam doctrinam esse veriore, scilicet non stati, nisi in foro conscientie, juxta Gloss. mox allegatam; in casu autem nostro agitur de foro externo, ad quem pertinet Matrimonium. Et est vera esset illa doctrina, adest in juramento coacto magna conjectura defectus consensus; adeò ut in dubio afferant multi, præsumi defectum animi se obligandi.

383. *Objectioni.*  
Quòd si quis objiciat: hic solùm agitur de bono conscientie; petentis Matrimonium, qui peccabit contrahendo, quando est impedimentum voti simplicis, vel aliud non dirimens, valebit enim Matrimonium: ergo relinquendum est conscientie ipsius, negantis votum, & dicentis se eo non teneri.

Respondetur: agitur etiam de servando jure Canonico, & impedimentis Matrimonii ab ipso inductis, & de bono communi, ad quod spectat, ne impediti contrahant. Deindè: hic agitur de foro externo, in quo non relinquitur conscientie ipsius negantis votum, & dicentis se eo non teneri, est in foro interno seu foro Penitentie vel Confessionis relinquatur, utpote in quo creditur reo pro se, & contra se loquenti.

Diximus hactenus, quid facere debeat Parochus vel Ordinarius, quando impedimentum extra Confessionem noverunt; restat dicamus, quid illis agendum sit, quando ipsi soli noverunt impedimentum in Confessione, pro quo instituitur

CONCLUSIO XI.

Si impedimentum soli Parocho vel Ordinario constet ex Confessione, tenetur regulariter assistere.

384. **H**æc est communis sententia, fundata in obligatione sigilli, id est obligatio-

ne nullo prorsus casu revelandi directè vel indirectè peccatum confessum & peccatorem, neque loquendi cum ipso poenitente extra Confessionem de peccatis confessis, aliisque dictis in Confessione occasione peccatorum; seu in ordine ad peccata manifestanda, ut patet ex Disp. 8. sect. 6. Concl. 5. Vide etiam Sect. 7. Concluf. 8. ubi tractatur, an & quando liceat uti scientia Confessionis ad externam directionem subditorum.

Itaque ratio Concluf. est; quia communiter non licet uti scientia confessionali ad externam directionem subditorum, quando ille usus est ingratus poenitenti, prout sine dubio in præsentis casu esset, dum contrahentes, probè scientes impedimentum, nihilominus occultè vel publicè petunt assistentiam Parochi vel Ordinarii. Petendo quippe assistentiam satis ostendunt, eam esse sibi gratam, & negationem ejus ingratham.

*Probatur Concluf.*

Adde: vix fieri posse, ut assistentia negetur absque sigilli periculo: contrahentes quippè habent jus, ut Parochus vel Ordinarius assistat, nisi possint probare impedimentum; jam autem non habent aliam notitiam, ut supponitur, quàm confessionalem; alleganti autem hujusmodi notitiam, proculdubio non creditur; & ita cum fractione sigilli, & sine ullo fructu revelabitur tale impedimentum; quod non solùm non est obligatorium, sed etiam illicitum, ut patet. Hoc certum est apud Omnes.

*Confirmatur.*

An autem, si posset negare assistentiam absque offensione sigilli, quando videlicet nec ipse poenitens posset suspicari, illam assistentiam negari ex auditis in Confessione; in his, inquam, circumstantiis duplex est sententia, una affirmans Parochum posse negare suam assistentiam; quia in illis circumstantiis licet uti scientia confessionali, ad externam directionem subditorum, nisi talis usus hic & nunc sit prohibitus per Ecclesiam; altera sententia negat Parochum id posse, idque, quia etiam in illis circumstantiis, usus scientie Confessionis ad externam subditorum gubernationem, omnibus sit illicitus ex præcepto Christi.

385.

*Quid si Parochus posset negare suam assistentiam absque fractione sigilli etc.*

Itaque resolutio præsentis casus pendet ex eo, quòd liceat vel non liceat Superioribus uti scientia Confessionis ad externam subditorum gubernationem. Et quoniam Aliqui affirmant hunc usum licitum, Alii negant; hinc fit, ut etiam Aliqui affirmant, Parochum in casu præsentis posse negare assistentiam, Alii oppositum affirmantibus.

Nos Disp. 8. Sect. 7. Concluf. 8. cum Scoto & Aliis, tanquam speculativè saltem probabile docuimus, aliquando licere ex scientia Confessionis declinare consortium excommunicati, amovere indignum ab officio,

386.

*Speculativè probabile est, eam posse negare.*

cio, negare indigno suffragium, Sacramentum, &c. quando videlicet ea possunt fieri sine revelatione directa vel indirecta peccati confessi, id est, quando nemo, vel ipse solus poenitens, potest suspicari declinationem consortii, amotionem ab officio &c. provenire ex noticia Confessionis, & idem consequenter hic asserimus, non solum alium Sacerdotem, qui à Parocho habet licentiam assistendi Matrimonio, sed etiam ipsum Parochum vel Ordinarium posse in eisdem circumstantiis negare assistentiam.

387. Sed hic casus est rarissimus.

Quia tamen illarum circumstantiarum in præfenti casu rarissime, inò vix unquam occurrunt, præsertim dum requiritur assistentia Parochi vel Ordinarii, ut patet ex suprâ dictis; idem Conclusio nostra affirmat, Parochum vel Ordinarium regulariter teneri assistere, sive occultè, sive publicè petatur assistentia; quia moraliter loquendo, nisi alia causa possit prætexi, semper est periculum, saltem quod ipse poenitens suspicabitur, negationem assistentiæ provenire ex noticia suæ Confessionis; hanc autem suspicionem evitandam esse, suppono ex dictis Disp. 8. Sect. 7. de Effectu sigilli.

Quid faciendum cum tali poenitente.

Ac proinde monendus est poenitens, qui cum impedimento vult contrahere, vel in ipsa Confessione, ex qua cognoscit Confessarius impedimentum, vel extra Confessionem, petita prius & obtentâ licentiâ poenitentis; si tamen hac admonitione, sive in dicta Confessione, sive extra eam, speretur Matrimonium impediendum.

388. Sanchez distinguit inter publicam & occultam petitionem, inter Parochum & alios Sacerdotes.

Cæterum Sanchez sup. disp. 16. n. 13. distinguit inter publicam & occultam petitionem, dicens: occultè petenti posse Parochum, secundum nostrâ principia, assistentiam negare; publicè autem petenti non posse Parochum negare, secus alios Sacerdotes, qui liberè ex ipsius licentiâ ministrare possunt. Credo tamen, inquit ille, nec Parochum, nec alios Sacerdotes teneri negare, sive alter publicè, sive occultè petat.

An qui potest negare, teneatur negare? Sanchez probat non teneri, Primò.

Quod probat ead. disp. n. 7. Quia est medium valdè difficile & arduum, & gravissimo offendendi sigillum periculo expositum; quamvis enim speculativè usus huius scientiæ licitus esset, at practicè magnâ prudentiâ & cautelâ opus est, & tot requiruntur circumstantiæ (ut fatentur Doctores, asserentes esse licitum) ut vix fas sit eâ scientiâ uti; ergo, quamvis id possit Sacerdos licitè, non tamen ad id tenetur; non enim commodè potest, sed magnâ cum difficultate.

Sicut qui vovit castitatem, & duxit uxorem, potest implere votum, ingrediens Religionem ante consummationem, non tamen ad id tenetur, juxta receptiorem sen-

tentiam, quia medium arduum & periculosum est.

Secundò; quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum ad medicandum peccatori, in eo foro interno Confessionis; ergo transgredi limites institutionis est, obligare Confessorem, ex ea noticia occultam peccati, mederi poenitenti extra illum forum.

Tandem; quia præcepta moralia de materia ad fines naturalis ordinis, debent in re media ejusdem ordinis, debeat in re media proportionari debeant; sed præcepta correctionis fraternæ est morale de naturali ordinis; ergo scientia peccati propria requisita, ut id præceptum obliget, debet esse naturalis; nec debet ad id ordinem naturalem in Sacramento, quod supernaturalis ordinis est, acquisita. Hæc ille.

Ego autem dico: etiam Parochum teneri negare publicè petenti, si quæstio sit de officio, sine offensione sigilli; aliter autem sacerdotes non posse, quando de officio periculo offendendi sigilli. Sic est apud me differentia est; quia in debeat scilicet potest id facere in officio sigilli, quandoquidem ex officio non neantur assistere, sed liberè assistunt, ut supponitur; adeoque videtur eis sufficere minus defectus voluntatis assistendi sine alia causa; Parochi autem, utpotè ex officio obligati, rarius possunt assistentiam negare, sine offensione sigilli; quia rarius possunt prætexere aliam causam, quæ debet esse manifesta, quando quis aliquid negat, quod aliquis tanquam debitum sibi postulat; licet in casu proposito contrahentes postulant assistentiam Parochi, tanquam sibi debitam, secus ab aliis Sacerdotibus, qui omnino liberè assistunt.

Quod addo: quia si constitutus fuerit loco Parochi Sacramenta Parochorum ministrant, & ipsi onus istud accipiunt eadem quæ Parochi erit eorum officium sic eadem impræsentiarum ratio.

Hinc Pontius sup. c. 35. n. 2. Communis inquit, est ex omnium sententia, non potest publicè petenti negari Sacramentum; sed etiam, neque occultè petenti sine à Parocho, sive ab habente licentiam à Parocho. Sic docet communis sententia, quam tenent etiam cum Multis, Tho. Sanchez lib. 4. disp. 16. q. 3. Egidius disp. 27. c. 1. n. 70. & Ludovic. Beja p. 2. calumnia scientiæ cal. 32.

Ratio ejus ex eo delumenda est; quia quæ novit in Confessione, ut Deus novit, & non ut homo. Quare ea noticia in eo su perindè est, ac si non esset. Deindè quia ille habet jus petendi à suo Parocho, vel qui est illius loco, sua Sacramenta, neque absque injuria potest ea illi denegare, nisi

adit manifesta denegationis causa. Quod enim quis tanquam sibi debitum postulat, non potest absque manifesta causa denegari. Impedimentum autem illud, quod per Confessionem novit, ignotum est, & quasi non nocet. Ergo, nullam habet causam denegandi. Hæc ille.

Ubi manifestè loquitur non de Sacerdotibus, qui omnino liberè assistunt; sed qui sunt loco Parochi, ita ut faciant contrahentibus injuriam, si absque causa nolint assistere eorum Matrimonio.

Interim generalius loquitur Sanchez sup. n. 14. dicens: Prima Conclusio sit: Parochus sive quicumque alius Sacerdos, habens licentiam assistendi Matrimonio, vel ministrandi quodcumque aliud Sacramentum, nequit expellere peccatorem, etiam occultè petentem, ob solum peccatum in Confessione notum.

Nec miretur Lector, quòd hic Auctor tam generaliter loquatur; quippe sequitur sententiam, quæ docet, non licere uti extra Confessionem scientiâ, per Confessionem habitâ, sed se habere debere Confessarium, ac si nil in Confessione sciret. Undè probat suam Conclusionem hæc ratio; quia, inquit, non potest juvari ex Confessionis scientiâ ad actus externos, quoties reddetur Confessio odiosa, & retraherentur homines ab ipsâ, quòd eveniret, si nosset, ob peccata, in Confessione audita, posse illis negari Eucharistiam, aut alia Sacramenta. Ita Sanchez.

Porrò ratio hæc æquè concernit Parochum, ac alium quemlibet Sacerdotem, si ve habeat obligationem assistendi loco Parochi, sive liberam facultatem assistendi, & non assistendi. Jam autem ratio Pontii constat, quòd non habeat locum in hoc Sacerdote. Quàmquam & ipse sequatur sententiam Sanchii, scilicet Confessarium non posse uti scientiâ Confessionis ad externos actus, quæ indubiè probabilis est, & omnino practicanda, propter periculum offendendi sigillum, tamen si oppositam probabilissimam appellet Sanchez sup. n. 4. propter auctoritatem tot tantorumque virorum, & fortissimas rationes, quibus fulcitur, quas videre poteris apud eundem Auctorem n. 2. Ego illis referendis super sedeo, ut potè diffusè relatis Disp. 8. Sect. 7. Conclus. 8.

Cæterùm Sanchez sup. n. 15. sic ait: Secunda Conclusio; si talis peccator occultè petat, potest Confessor ipsum secretò mone- re, ut desistat, ut fatentur universi DD. citati pro omnibus sententiis. Et quàmvis Paludanus 4. dist. 21. q. 3. a. 3. n. 60. & D. Antoninus 3. part. tit. 17. cap. 22. §. 1. vers. Item quia Prelatus, dicant, semper posse peccatorem occultè moneri à Confesso-

re: quia hoc non est Confessionem detegere: dicendum tamen est, id non licere, nisi prius obtentâ licentiâ ab ipso peccante, vel intrâ Confessionem: licet enim non sit propria sigilli fractio, offenditur tamen, quando extra Confessionem sermo habetur de auditis in illa cum ipsomet peccante absque illius licentiâ. Hæc ille.

Rogas: an Confessor teneatur petere licentiam, ut eum moneat extra Confessionem, sive an teneatur eum mone- re extra Confessionem? Respondet Sanchez sup. n. 16. negativè: quia, inquit, ex auditis in Confessione non arctatur Confessor ad aliquid faciendum vel omittendum, vel remedium exhibendum extra illam. Ea enim notitia est ad solum peccati forum. Præterea; quia multi peccantes ægrè ferent, eam licentiam peti, ac peccati confessi memoriam refricari; vellent enim peccata memoriâ excidisse. Ita Sanchez.

Sed contra: etiam multi peccantes ægrè ferent admonitionem in sequenti Confessione, ac refricationem memoriæ peccati confessi; vellent enim peccata omnino memoriâ excidisse; ergo Confessor non teneatur eos mone- re in sequenti Confessione, casu quo ex inadvertentia aut malitia id non fecerit in priori, censetur hanc Consequen- tiam esse bonam?

Præterea: ubi scriptum est, quòd ex auditis in Confessione non arctetur ad aliquid faciendum vel omittendum, vel remedium exhibendum extra illam, quando aliquid facere vel omittere potest, vel remedium adhibere sine offendiculo sigilli? Jam autem omnes videntur supponere, posse peti licentiam sine offendiculo sigilli. Quidni ergo illa petenda sit, ut tali viâ impediatur Matrimonium invalidum, aut saltem illicitum? Nisi itaque dixeris, petitionem licentiæ esse illicitam, nescio quare non sit debita; eo semper salvo, ut speretur tali viâ Matrimonium impediendum, nec excuset grave incommodum Confessoris. Si autem peccans nolit dare licentiam, jam patet Confessorem debere assistere, cum nullum aliud super sit remedium, ut suppono, Matrimonium impediendi.

Cæterùm, inquit Pontius sup. n. 4. excogitavit Ludovicus Beja viam quamdam, secundum quam posset in eo casu Matrimonium celebrari, ad omne peccatum in casu proposito effugiendum, quando & Parochus impedimentum subesse novit in Confessione, & ipsi contrahentes sine scandalo à Matrimonio desistere non possunt. Posset enim tunc & teneretur consulere, ut de communi scientiâ & consensu contrahant, non quidem intentione efficiendi verum Matrimonium de præfenti, sed sub conditione: Si Pa-

395. An Confessor teneatur mone- re extra Confessionem? Negat Sanchez.

396. Contrâ arguitur. Primum:

Secundâ.

397. Via quadam ad celebrandum Matrimonium in casu proposito sine peccato, ex Beja.



*Est licitum contrahere Matr. sub conditione: Si Papa dispense.*

pa dispense, animo quidem cohabitandi tantum quoad domum tanquam fratres, non vero quoad torum, donec accedat dispensatio, & iterum contrahant.

Hac enim ratione contractus ille matrimonialis, qui alias non licet, redderetur licitus; cum non sit prohibitum contrahere Matrimonium de presenti sub conditione: *Si Papa dispense*; & interim ad evitanda magna scandala habitare in eadem domo: maxime cum jure ipso præfigatur bimestre tempus; in quo possint non conjungi sponsi, licet habitent in eadem domo; & possit etiam contrahi Matrimonium sub conditione castè vivendi, sive sit conditio castitatis ad tempus, sive perpetuæ.

398. *Occurrit cuidam objectioni.*

Et quamvis videantur, in ea cohabitatione se exponere periculo fornicandi, dum dispensatio obrinetur, attamen id excusatur ex occurrentia ingentis scandali. Ut enim dicimus in materia de Confessione, licet non expellere domo eam feminam, quæ est occasio peccandi, quando sine scandalo ejici non potest. Quæ Multorum sententia est, & absolvi debet poenitens, etsi non ejiciat, si alias sit rectè dispositus.

*Pontius apud Beja*

Et quidem mihi videtur satis rationabilis hæc philosophandi ratio, neque contemnenda pro similibus casibus, si contrahentes velint sub ea conditione contrahere: maxime, cum probabilis opinio sit, Matrimonium contractum sub conditione, non esse necessariò repetendum, positâ conditione. Quod si nolint sub ea conditione contrahere, & persistant in petendo à Parocho, ut assistat, assistere debet, quàmvis noverit impedimentum in Confessione. Hactenus Basiliius.

399. *Auctor notat eam non esse generalem.*

Ego autem Noto; hanc viam non esse generalem, sed solum consulendam, seu proponendam, quando est tale impedimentum, in quo solet Pontifex, vel alius habens potestatem, dispensare; ac tales existunt causæ, ex quibus solet dispensare.

*Aliud notabile.*

Præterea adverte magnam disparitatem inter tempus bimestre, quod à jure conceditur, & tempus illud medium inter dictum contractum Matrimonii, & dispensationem; nam tempore illo bimestri possunt sponsi sine peccato fornicationis Matrimonium consummare, hoc autem medio tempore minime; undè in uno casu non exponuntur sponsi periculo peccati, secùs in alio casu Quocirca benè considerandum est, an scandalum, quod timetur ex non contracto Matrimonio, tale ac tantum sit, ut prævaleat illi periculo.

400. *An possit arceri à Matr. Matrimonio.*

Si autem à me quæritur; an possit aliquis arceri à Matrimonio contrahendo, eò quod ignoret doctrinam Christianam? Respondeo: Quidam apud Sanchez sup. disp. 15. n. 18.

affirmant, arceri posse, donec memoriam habeat orationem Angelicam & Dominum Symbolum fidei, Præcepta Decalogi & Sacramenta clesia, ac septem peccata capitalia, nisi per se fenio aut ingenii rarditate incapax sit.

At verò Sanchez n. 19. negat arceri posse, cum, inquit, ipsius (Prælati vel Parochi) sit, impedimenta Matrimonii statueret hoc impedimentum Matrimonii statueret: sit: possit tamen suavitè, & non quando contrahentes non insisterent, tempore detinere, donec doctrinam recant: de peccatis autem capitalibus curandum, ut sciant, & potius rursus nocet ea edoceri: putant enim quantum superbiã, gulam &c. esse peccata mortalia, & sæpe ex conscientia hæc mortaliter delinquant. Hæc ille.

Sed ego miror, si verum est, quod valdè noceat ea edoceri, cur non quod Ecclesia permittat ea doceri in Catechismo, ubi ex præceptis præcipitur, unâ cum peccatis in Spiritu sancto ac in coelum clamantibus, & ut signum profectò, quod Ecclesia non ignorat doctrinam & scientiam esse necesse, valdè utilem, ac quodammodo necessariam. Illi autem incommodo, quod Sanchez allegat, occurrit potest explicandæ gravitate ac levitatem illorum peccatorum.

Interim placet nobis, defectum illius scientiæ non esse impedimentum Matrimonii; quia nulpnam Ecclesia vel ad validum, vel ad licitum Matrimonium, illam scientiam noscitur præcipere, jure autem naturali vel divino esse necessariam, unde constet? Hæc ignorantia prædictæ doctrinæ optime consistit cum perfecta scientia obligationis matrimonialis, & cum voluntate se obligandi, eo modo, quo Christiani volunt se obligare. Ex quo nequeant contrahentes per se ipsas suas proles, secùs tamen per alios.

Possit tamen, secundum hanc doctrinam Prælati censuris compellere, & Parochi, ut tamquam interrogent. Atque ita Salmanticensis publicâ Metropolitanâ pronuntiat esse, assertit apud dict. Auctorem Peri. tit. i. l. i. fol. 19. c. 1. *Aliud se etiam offert dubium.* Expectandum valdè, ut memoriam retineant, quod tempore priorum fidei rationem reddere valent. Ego in Concil. Mediol. 5. tit. *Quæ ad Matrimonium pertinent.* Hæc reperio: *Parochos, quos sponsos experiendo viderit, doctrinam Christianam rudimenta planè ignorare, ne Matrimonio illos ante jungat, quàm ea item ratione cognoverit didicisse, quæ eo ac genere suo perscrutari oportet.* Et in Rituali Romano tit. de Sacramento Matrimonii.

Matr. in principio sic lego: Parochus admo-  
nitus de aliquo Matrimonio in sua Parochia  
contrahendo, primum cognoscat ex his, ad quos  
spectat, qui & quales sint, qui Matrimonium  
contrahere volunt: an inter eos sit aliquod Ca-  
nonicum impedimentum: Utrum sponte liberè  
& secundum honestatem Sacramenti velint  
contrahere: Utrum sint in etate legitima, ut  
vir saltem quatuordecim, mulier verò duode-  
cim annos expleverit, & uterque sciat rudi-  
menta fidei, cum ea deinde filios suos docere de-  
beat. Ubi redditur ratio, quare oporteat  
contrahentes scire rudimenta fidei, quæ op-  
tima est, non enim possunt parentes docere  
suos filios, quod ipsimet non sciunt.

Omniñd ergo expedit, ut contrahentes, si  
ignorant rudimenta fidei, brevi tempore  
arceantur à contractu, siue detineantur; do-  
nec rudimenta fidei saltem aliquantulum sciant,  
quò procedente tempore pleniorē possint  
accipere notitiam, quā sufficiant filios suos  
ea docere.

Sed audiamus de hoc puncto Aversam  
q. 6. secl. 7. §. Rursus debere. Certè, in-  
quit, non solum potest, sed etiam debet Pa-  
rochus ex officio suo, & eò magis ex decreto  
seu mandato Episcopi arcere eos à Matrimo-  
nio, siue differre conjunctionem eorum,  
qui nescirent ea rudimenta fidei, quæ ipsi sci-  
re tenentur in ordine ad salutem, quia hi per  
talem ignorantiam manent in peccato: de-  
bet autem Parochus arcere à Sacramentis il-  
los, qui manent in peccato. Neque hoc erit  
statuere novum impedimentum Matrimo-  
nii, quia hoc est impedimentum commune  
ad Sacramenta suscipienda. Non debent ta-  
men nec possent arceri illi, qui scientes,  
quantum ex obligatione tenentur, ignora-  
rent, vel non è memoria recitare scirent,  
quæ ex abundantia solent apud fideles.  
Hæc ille.

Sed nos suprâ ostendimus, Parochum de-  
bere assistere Matrimonio eorum, qui in  
peccato volunt contrahere, si ipsi instent &  
nolint se disponere ad gratiam. Ratio est;  
quia ratione contractûs civilis habent sponsi  
jus, ut Parochus assistat, qui non est mini-  
ster Sacramenti, sed solum testis illius con-  
tractûs. Ex quo patet differentia inter Ma-  
trimonium & alia Sacramenta, ad quæ sus-  
cipienda in statu peccati, nemo habet jus  
per se loquendo, & idè Parochus nec po-  
test, nec debet ea ministrare, nisi legitime  
dispositis. Interim melius est, & etiam obli-  
gatorium, ut Parochus oves suas pascat sa-  
lutaribus instructionibus, maxime in iis,  
quæ ad salutem sunt necessaria, & requisita  
ad debite Matrimonium ministrandum &  
suscipiendum; quamquam si instrui nolint,  
non propterea arceri sint per longum tem-  
pus, vel ubi instarent.

Si autem sufficienter instructi sint, &  
nullum reperiatur legitimum impedimen-  
tum, debet Parochus statim, id est, primâ  
opportunitate in facie Ecclesiæ eos conjun-  
gere, juxta illud Trident. secl. 24. c. 1. de  
refor. Matr. Si nullum legitimum opponatur  
impedimentum, ad celebrationem Matrimonii  
in facie Ecclesiæ procedatur.

Ut autem dicatur Matrimonium cele-  
brari in facie Ecclesiæ, non est opus inquit  
Sanchez sup. n. 20. ut in ipsa Ecclesia ma-  
teriali, vel in ejus limine celebretur; sed sa-  
tis est coram fidelium multitudine. Nam  
Ecclesia dicitur aliqua fidelium congrega-  
tio, cap. Relatum, 12. de Testam. ibi: No-  
mine autem Ecclesiæ non Episcopus, vel suc-  
cessor Clerici morientis, ubi est Collegium Cle-  
ricorum, sed communis congregatio intelligitur  
&c. Et cap. 8. de Consec. dist. 1. Ecclesia, id  
est, Catholicorum collectio.

Item Gloss. in cap. fin. Ne Prælati vices  
suas. verb. Præfatam Ecclesiam, ibi: Ecclesia  
multis modis dicitur: quia dicitur Ecclesia ma-  
lignantium, unde Psalmista: In Ecclesiis ma-  
lignantium non introibo. Et dicitur Ecclesia  
collectio fidelium de Consec. dist. 1. Ecclesia.  
Et dicitur Ecclesia murorum ambitus de Con-  
sec. dist. 1. De fabrica. Et dicitur Ecclesia  
Corpus Christi 1. q. 1. In Ecclesia, & 26.  
q. 2. Sed & illud. Et dicitur etiam Ecclesia  
prælatiura ipsius Ecclesiæ, ut sup. c. prox. Item di-  
citur Ecclesia ipsæ obventiones Ecclesiasticæ pro-  
venientes occasione Ecclesiæ, ut hic Hæc Gloss.

Sed dicit aliquis: cum secundum ipsam,  
etiam murorum ambitus dicatur Ecclesia,  
undè constat, Tridentium per Ecclesiam  
non intelligere materialem Ecclesiam, sed  
magis collectionem fidelium?

Respondeo: quia eod. cap. satis explicat  
mentem suam dicens: Qui aliter quam præ-  
sente Parocho .... & duobus vel tribus testibus  
&c. ubi tradit formam observandam in con-  
tractu Matrimonii, celebrando in facie Ec-  
clesiæ. Igitur hodie satis dicitur contra-  
ctum in facie Ecclesiæ, si coram Parocho &  
duplici teste, denuntiationibus præmissis,  
Matrimonium ineat. Ita Navar. Sum. lat.  
c. 22. n. 70.

Advertendum, inquit, 2. quòd facies Ec-  
clesiæ alibi dicitur janua Ecclesiæ, ut in Lusita-  
nia; alibi ipsa Ecclesia, ut in Belgio; alibi præ-  
sentia multorum, secundum Major. 4. dist. 27.  
q. 1. ut in bona parte Hispaniæ; & ubi est ta-  
lis consuetudo, ad hoc ut dicatur contrahi in  
facie Ecclesiæ, sufficit præsentia cognato-  
rum & vicinorum, & idoneus testium nume-  
rus, juxta Panor. in d. cap. Cum inhibitis,  
communiter receptum. Nunc autem per  
prædictum Concil. sup. proximè relatum  
videtur contrahi satis in facie Ecclesiæ, si,  
trinâ denuntiatione præmissâ, contrahatur co-  
ram

406.

Quid sit celebrare Matr. in facie Ecclesiæ, ex Sanchez.

Ecclesia multis modis dicitur.

407.

Trident. non intelligit Ecclesiam materialem.

408.

Sufficit hodie secundum Navar. quòd præmissis denuntiationibus contrahatur coram Parocho & testibus.

ram Parocho, vel ejus locum tenente, & duobus vel tribus testibus. Hæc ille.

409. Matrimonium in Ecclesia maxime celebrari debet, ex Rit. Rom.

Ego sic lego in Rituali Rom. sup. Matrimonium in Ecclesia (materiali) maxime celebrari debet, sed si domi celebratum fuerit præfente Parocho & testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam (materiale) benedictionem accepturi, & tunc caveat Sacerdos, ne iterum a contrahentibus consensum exigat; sed tantum benedictionem illis conferat celebratâ Missâ.

Atque hæc est consuetudo in Belgio, ut, dum commodè fieri potest, Matrimonium celebretur in Ecclesia materiali; quia sic maxime decet celebrari, cum hodie non tantum sit contractus civilis, sed etiam verum & propriè dictum Sacramentum; quod quia sanctum est, etiam in locis sanctis maxime decet celebrari. Sin autem rationabili aliqua ex causa celebratum fuerit in privatis ædibus, solent sponsi venire ad Ecclesiam materiale, ut ibi, celebratâ Missâ, benedictionem solemnem accipiant, de qua benedictione erit

CONCLUSIO XII.

Ante benedictionem Matrimonium consummare, nullum est peccatum; eam omninò præmittere, saltem veniale.

410. Hæc verba: Ego vos conjungo &c. potius sunt approbatio Matrimonii quam benedictio.

Non agimus impræsentiarum de his verbis Parochi: Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris & Filii &c. quæ ex præcepto Ecclesiæ necessaria sunt in ipso contractu Matrimonii, ut alibi ostendimus, & ab Aliquibus vocantur benedictio Matrimonii, quamvis meliùs vocarentur, approbatio Matrimonii nomine Ecclesiæ; sed loquitur Conclusio de solemnè benedictione Sacerdotali, in templo suscipiendâ, celebratâ Missâ pro sponso & sponsa, juxta præscriptum Missalis Romani.

Doctrina Trident. de solemnè benedictione.

De hac benedictione ita pronuntiat Concil. Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. 1. Præterea eadem S. Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cobabent; statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, alii Sacerdoti concedi posse, quâcumque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis Parochus vel alius Sacerdos, si ve regularis si ve secularis sit, etiam si id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponso, sine illorum Parochi licentia, Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso jure

tandiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interfuisse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvetur.

Hanc benedictionem, sicut & alias Ecclesiasticas cæremonias, recentiores Hæretici spernunt, derident ac tanquam superstitiosam damnant. Sed merito Concil. Trident. sess. 24. Can. 11. eorum velantiam reprobans definit, prout sequitur: Et qui hæc fecerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum ejus anni temporibus, superflitionem esse pœnicam ab Ethnicorum superstitione præstantem aut benedictiones & alias cæremonias, quibus Ecclesia in illis utitur damnaverit; anathema sit.

Estque hujusmodi benedictionis usus antiquissimus in Ecclesia, à summis Pontificibus ac sanctis Patribus & sacris Conciliis semper commendatus, Evaristo Pontifici 1. & refertur 30. q. 5. c. 1. Alio quodam non sit conjugium, nisi... suo tempore, scilicet, in mos est, cum probrè & oblationibus à Sacerdote benedicatur. Sicut Papa Epist. 1. c. 4. ibi: Quia illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud hæc gentes sacrilegii instar est, si illa in conjugium violetur. Nicolao Papa ad Constantienses c. 3. (& ponitur 30. q. 5. c. 3.) ibi: Et primum quidem in Ecclesia Divina cum oblationibus, quas offerre debent Dni per Sacerdotis manum statuantur, sicque demum benedictionem & velamen celestis suscipiant. Honorifida Papa Decret. 6. Nullus fidelis conjugiumque conditioni sit, acule nuptus; factus, sed benedictione accepta à Sacerdote publice vocabat in Domo. Ita refertur 30. q. 5. c. 2.

Ejusdem benedictionis meminit D. Ambrosius lib. 8. Epist. 1. ad Vigilium ibidem ipsum conjugium velamine sacerdotali &c. benedictione sanctificari oportet, quoniam non est conjugium dici, nisi non est fides cum. Item Epist. 70. & lib. 1. c. de Advocato ultimo. Ut etiam Isidorus lib. 12. c. 19. Item Tertul. lib. 2. ad virg.

Concilium autem Lugdunens. (Vide Notandum 35. q. 2. & 3. c. 19.) sic ait: Nullus conjugum sanguinis usque ad septimum gradum uxores ducant; neque sine benedictione Sacerdotis. Qui autem nupturæ erant, à Sacerdote benedicti nubere audent, nec aliter permittant. Et Carthag. 4. c. 3. (ponitur 30. q. 5. c. 5.) Sponsus & sponsa cum benedictione à Sacerdote, à parentibus suis, & à Parocho offerantur, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. Atque licet talis monia, arbitror, abundanter sufficere, ut quilibet amator veritatis dicat cum Ecclesia Catholica anathema illis, qui benedictionem illam ausint damnare.

B O N A Sacramentum

413. Er verd, juxta etiam rationem, erat hæc cæremonia valde congrua pietati, apta ad reverentiam Sacramenti, & ad excitandos animos conjugum, ut cogitent conjugio uti in honorem Dei, suarumque animarum salutem, divinoque præsidio in sustinendis Matrimonii oneribus innitantur.

Sed cum hæc satis consent, equidem dubitatur, Primò: an sit peccatum, mortale vel veniale, omninò hanc benedictionem præmittere. Secundò: an sit peccatum, & quale, mortale aut veniale, consummare Matrimonium ante hanc benedictionem. Et terciò: an omnibus nuptiis, vel quibus illa benedictio sit adhibenda.

414. Quantum ad primum, secunda pars Concl. resolvit, peccatum esse saltem veniale. Hoc enim ad minus colligitur ex testimoniis Pontificum, SS. PP. & Conciliorum supra adductis. Idque ait Sanchez lib. 7. disp. 82. n. 6. attestatur Ecclesie consuetudo. Compelluntur enim sponsi in omnibus Diocessibus ad eas recipiendas. Quod fieri nequiret, si solum esset consilium. Estque sententia communis cum Gloss. fin. d. cap. *Nostrates*, quæ sic habet: *Hugo tamen dicit, peccatum esse, si hujusmodi omittantur solemnitates, si adhiberi possunt.*

415. Alioquin ex illo cap. potius videtur probari oppositum: nam in fine ita scriptum legimus: *Peccatum autem esse, si hæc cum etiam in nuptiis federe non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græcos vos asserere dicitis.* Ubi ead. Gloss. verb. *Non interveniant*, ait: *Hujusmodi enim solemnitates non exiuntur necessario, nam si omittantur levia vel modica non nocent, ut ff. de Inspec. ventre l. 1. in fine.* Dos ergo potest omitti; quia licet dos sine Matrimonio esse non possit, Matrimonium tamen sine dote esse potest, ut infra ead. Si quis divinis. Sed contra, 3. q. 4. Conlangvineorum. Sed illud intelligitur in eodem casu cum illo cap. Aliter, scilicet de oculis contrahentibus, unde cum præsumantur adulteri repelluntur. Hugo tamen &c. ut sup.

Respondet Averfa q. 20. sect. 4. §. In hac re: Licet addatur, non per hoc peccare eum, qui non illa omnia adimpleret, id dicitur ob aliquam aliam partem, non ob benedictionem, quæ in aliis cap. per se indicta est. Hæc ille.

Rogas: quæ sit illa alia pars? Habes eam specificatam in dicta Gloss. ibi: *Dos ergo potest omitti.* Et generaliter his verbis: *Si omittantur levia & modica.*

416. Sed benedictiones nuptiales nonnè leves sunt & modicæ? Probabilius est (inquit Sanchez sup.) solam venialem culpam in hac omissione inveniri. Cum enim non sint Sacramentum, sed Sacramentale tantum; nec tanti momenti, quanti sacramen-

talita, quæ Baptismo præmittuntur; non video, cur earum omisio, deficiente contemptu, censenda sit mortalis. Hæc ille.

Ejusdemque sententiæ assertor Em. Sa. verb. Matrimonium, n. 6. sic ait: *Nec benedictionem omittere, nec ante eam consummare Matrimonium, est mortale. Quod si hant hæc sine causa, est veniale.*

Idem docet Bonacina q. 4. puncto 6. n. 2. & Dicastillo disp. 3. n. 335. propter rationem à Sanchio adductam. Coninck autem disp. 27. n. 71. probat eam doctrinam 1. ex cap. *Nostrates*, 30. q. 5. ubi Nicolaus Papa insinuat sine peccato posse omitti. Sed ad hoc jam responsum est.

Probat 2. ex Trident. sess. 24. c. 1. ubi tantum hortatur conjuges, ut non consumment Matrimonium ante benedictionem, nihil addens de necessitate, eam postea suscipiendi, quod videtur facturum fuisse, si fuisset gravis obligatio. Ex quibus saltem sequitur, non esse peccatum, consummare Matrimonium ante benedictionem, quando hæc non statim confertur: quia Concilium contrarium tantum suadet. Spectatà tamen consuetudine, præsertim in his locis, ratione scandali videtur sæpè futurum peccatum mortale, eas sine ulla causa omninò omittere; quia vulgò præsumeretur ex aliquo contemptu fieri, aut animo propenso in hæresim. Hæc ille.

Et quidem (inquit Sanchez sup.) esse peccatum mortale, si ex contemptu omittantur, nullus dubitare potest. Est enim expressa definitio Concilii Constantiensis contra Wicleff. Sic ille. Sed ego adverto, quòd articuli Wicleff. 45. in eo Concilio expressè damnati, nil omninò pronuntient de his benedictionibus. Interim invenio in Bulla Mart. V. *Inter cunctas*, suspectum de articulis Wicleff. & Hussi, interrogandum esse: utrum credat, quòd Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis, vel Extremæ Unctionis, aut solemnizationis Matrimonii, peccet mortaliter. Igitur de hac veritate non est dubitandum.

Si autem quærat aliquis: Ecquis contemptus hic intelligitur? Hunc contemptum, inquit Sanchez sup. explicat Bartholomæus à Ledesma de Matr. dub. 61. post 2. Conclus. Notabili 1. non tantum quando adest formalis contemptus, sed etiam quando ita se habet quispiam, ac si non esset præceptum. Sed hoc non est verum.

Nullam enim contemptus rationem video, ubi quis benedictiones omitteret, eò quòd non est præceptum obligans sub mortali ad illas recipiendas: vel existimans, eas utilissimas esse, minimè reciperet, quasi præceptæ non essent. Sicut

Em. Sa.

Bonacina, Dicast. & Coninck.

417. Probat ex Trident.

418. Est mortale, si ex contemptu fiat, ex Sanchez. Wicleff.

419. Quis contemptus hic contemere, Sanchez. Ledesma.

nec esset contemptus, simili modo omittetur Sacrum.

Quare melius dicunt Alii: hunc contemptum tunc reperiri, quando quispiam perinde eas nihil faceret, ac si essent res vanæ. Similiter reputo esse contemptum mortalem, quando quispiam benedictiones has omitteret, quasi vile & puerile existimans, se eis subicere. Hæc ille. Estque doctrina communis.

Navar. Ac ita Navarrus Sum. Latina c. 22. n. 83. tunc existimat mortalem esse omissionem hanc, vel potius omissionem ante consummationem Matrimonii, quando mortalis esset omisio cujuslibet consilii ex contemptu.

Victoria. Et circa Sacramentum Confirmationis, omisium ex contemptu, idem docet Victoria Sum. ubi de Confir. n. 4. & Alii, quos ibi citat Sanchez, qui dicunt, contemptum esse, quando pro nihilo duceretur id Sacramentum & effectus ejus. Vide quæ de hoc Sacramento ego dixi Disp. 3. hujus Operis Concluf. 4.

420. *Potes etiam esse mortalis ratione scandalis.* Et quod jam dictum est de omissione ex contemptu, idem censendum est de omissione, quæ fieret cum scandalo, puta dum præberetur aliis occasio spernendi seu contemnendi hanc cæremoniam, vel existimandi, quod ex contemptu aut prava credulitate omittatur, ut supra dixit Coninck, & docet Averfa sup. §. Admonent tamen: non verò, inquit hic Auctor, si præbeatur occasio tantum alicujus admirationis aut levis murmurationis.

Coninck. Averfa. *Quid si Episcopus præcipiat sub excommunicatione.* Possent etiam hæc omisio esse mortalis, ratione peculiaris præcepti alicujus Episcopi sub excommunicationis pœna; nam pœna excommunicationis non infligitur nisi propter peccatum mortale. Et tale præceptum extare de præmittenda benedictione ante Matrimonii consummationem, testatur Henriquez lib. 11. c. 5. n. 7. in fine.

Henriquez. 421. *Nescio Sanchez, qualiter possit justificari hac excommunicatione.* Ego tamen (inquit Sanchez sup. n. 10.) nescio, qualiter justificari possit hæc excommunicatio, cum ferri non possit, nisi ubi adest materia imponendi præceptum obligans ad mortale; nec video tam expediens esse hoc consilium, ut sit materia sufficiens talis præcepti: maximè cum Trident. sess. 24. c. 1. de Matr. loquens de hac re, solum hortando loquatur; et si diu solesent benedictiones differri, non esset justum ita arctare tempus, cum possint multæ esse causæ justæ, ut tam brevi benedictiones adhiberi nequeant; ut si Matrimonium celebretur in Adventu, aut in Quadragesima, vel ex aliis causis; sed illi malo sufficientissimè consulere, Episcopo præcipiente, ut intra tempus commodum, ut semestre, benedictiones recipian-

tur, sub excommunicatione, quod antea præceptum justissimum esset. Hæc ille. Ubi non negat, à Prælo sub pœna excommunicationis posse præcipi benedictiones; imò expressè id concedit, ut præcipi ex posterioribus verbis: *Sed ubi dicitur, sed tantum negat, posse justè à Prælo præcipi sub excommunicatione, ut benedictiones præmittantur consummationem, quod an bene neget, infra videbimus.*

Prius examinemus, quam certum sit, omittere omnino benedictiones, an esse peccatum veniale. Averfa sup. *hæc re*, inquit: Videtur quidem sub obligatione, & sub mortali peccato conjuges simpliciter benedictiones recipere. Ita ut plurimum DD. sententiam supponunt, etiam dum dicunt, non esse mortale peccatum consummationem Matrimonii ante benedictionem. Si enim non supponerent, debere simpliciter libentali recipi benedictionem, non tam certè rent de ordine inter consummationem benedictionem, sed potius videtur dicerent, non esse mortale, penitus præmittere, & nunquam suscipere benedictionem.

Probat autem hic Auctor suam doctrinam; tum ex sacris Canonibus, in principio Concluf. productis. Tum ex ubi & existimatione fidelium: Omnes enim, inquit, post conjugium solliciti sunt de benedictione suscipienda. Et ideo si qui curarent eam suscipere, ingererent alius scandalum, quia supponitur adest obligatio suscipiendi: alioquin non esset, unde timeretur scandalum. Tum ex usu Parochorum & Prælatorum; pariter enim omnes student, ut novi conjugati benedictiones suscipiant. Et saltem quoad hoc Sanchez dicitur, justè interdum excommunicationem imponi. Et lib. 7. disp. 82. n. 1. dicitur, compelli spontis in omnibus casibus ad benedictionem recipiendam. Quod non fieret, si esset tantum consilium; & similiter, si præciperetur tantum sub veniali. Hæc ille.

Atque hanc sententiam Sanchez sup. lib. 7. vocat satis probabilem, & prædictos Canones pro ratione adiungit, quia si de illis suscipiendis est præceptum, materia utique gravis est, & ideo, præcipiendo, earum obligatio, aut debet esse sub mortali, aut omnino nulla: neque est dare medium. Quàmvis ex accidenti possit esse venialis, si censetur irrationabilis quædam prodigalitas spiritualis. Et ita esse mortalem censet Waldensis to. de Sacramento c. 133. n. 3. Et idem à fortiori content Auctores, quos reruli lib. 3. disp. 121. n. 1. & 2. asserentes, esse culpam lethalem consummare Matrimonium his benedictionibus

B O N A Sacramentum Matrimonii

bus nondum receptis, nedum illas profus omittere. Ita Sanchez.

Subdo verba Waldensis: Hæc est, inquit, benedictio nuptiarum, à Domino Deo dictante in Paradiso, & ab hac, forma nostræ benedictionis profuxit in Ecclesia, quam nubentes transgredi fas non est sine grandi sacrilegio. Undè in Decreto suo cap. 4. Papa 36 (aliàs 38. aut 40.) à Beato Petro Siricius: *Benedictio illa, quam nuptiarum Sacerdos imponit apud fideles, cuiusdam sacrilegii insar est, si ullà transgressione violatur.* Hæc ille.

Quod quidem sacrilegium non faciliùs dicitur esse, quàm est; intantum, ut omnis incesti pollutionem & maculam ab antiquo includat infamiae. Undè in Decreto suo 2. cap. 5. Calixtus Papa & Martyr 15. (aliàs 17.) à B. Petro: *Quisquis ergo non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione Sacerdotis constat copulatus, Sacerdotes vel legitime conjunctos criminari, vel in eos restituci minime potest, quoniam omnis incesti maculâ pollutus infamis est.* Hactenus Waldensis. Igitur benedictiones illæ videntur esse materia gravis, à qua gravitate, supposito præcepto, pendet, ut omisso illarum sit mortalis.

Atque hæc gravitas videtur posse colligi ex dignitate ministri, qui, ut patet ex verbis Trident. in principio Concl. adductis, est proprius Parochus, vel alius Sacerdos de licentia Parochi vel Ordinarii; idem utique, qui debet interesse seu assistere Matrimonio; intantum, ut si alius quisquam sponfos benedicat, ipso jure sit & maneat suspensus, quamdiu ab Ordinario absolvatur. Si benedictio illa est res levis, undè hic tanta malitia, quæ mereatur poenam suspensionis ipso jure? Si ergo peccat mortaliter, qui sine debita licentia ministrat hoc Sacramentale; quidni etiam peccat mortaliter, qui illud Sacramentale ex mera negligentia omnino prætermittit? Nam idè ministrans peccat mortaliter; quia licèt illa benedictio non sit Sacramentum, est tamen Sacramentale quoddam, seu ritus aliquis, adhiberi solitus in solemnizatione Matrimonii, magni momenti.

Atque dato, quòd Sacramentalia, quæ Baptismo præmittuntur, forent majoris momenti, quid inde? Censet, quòd Parochus, qui ex mera negligentia omittet ea, non peccaret mortaliter? Quid si etiam omittet Sacramentalia concomitantia & subsequenta? Puto, quòd nemo auderet eum excusare à mortali. Ergo ex eo præcisè, quòd benedictiones in casu proposito non sint Sacramentum, sed tantum quoddam Sacramentale, non rectè infertur; ergo omisso earum non est materia gravis, & per conse-

quens non est mortalis, sed tantum venialis.

Et verò, nonne unum peccatum mortale potest gravius esse altero? Nemo ambigit. Ergo et si hoc Sacramentale foret minoris momenti, quàm illud, dummodò sit magni momenti, non valet hæc Consequencia: ergo omisso benedictionis non est mortalis, est foret minus peccatum, quàm omisso Sacramentalium, quæ præmittuntur Baptismo, eum concomitantur & subsequuntur. Ex quo patet responsio ad probationem Sanchii.

Imò benedictiones esse magni momenti, ostendo ex ipso Sanchio sup. lib. 7. n. 7. ubi sic scribit: *Patiuntur verò in hoc regno Hispaniæ non modicum detrimentum filii-familias conjugati, si benedictiones non recipiant aut differant.* Nam per contractum Matrimonii, nondum receptis benedictionibus nuptialibus, non eximuntur à patria potestate, nec cessant in eis illius effectus, & retentio usûsfructûs patris in eorum bonis adventitiis; ut constat ex leg. 47. Tauri hodie l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopil. Regiæ, & notant universi scribentes ibi, quia attento jure communi, per contractum Matrimonii non eximebatur filius à patria potestate. Atque ita lex illa, in hoc jus commune corrigens, strictè intelligenda est. Cum ergo ad hanc exemptionem copulativè perat Matrimonium & susceptionem benedictionum Ecclesiæ ibi: *Casado y velado*, non sufficit solum Matrimonium. Hæc ille.

Infero ego: Ergo susceptio benedictionum Ecclesiæ non est res parvi momenti, utpote sine quibus conjugatus non eximitur à patria potestate, & quibus receptis manet filius omnino sui juris. Igitur accedente præcepto, omisso earum erit peccatum mortale.

Nunquid etiam nimia earum dilatio? Negat prima pars Concl. secluso scilicet contemptu; nec hoc tantum, sed etiam affirmat, nullum esse peccatum consummare Matrimonium ante benedictiones, de hac enim dilacione hic queritur & disputatur inter DD. Aliquibus asserentibus, eam consummationem culpam esse mortalem, non solum petendo, sed etiam reddendo; nec solum primâ vice, sed etiam deinceps. Alii dicentibus, tantum primâ vice esse mortale, idque petendo, non autem reddendo.

Nostra sententia est, nullum esse peccatum, nec primâ vice, nec deinceps, nec petendo, nec reddendo, secluso, sicut statim dixi, contemptu. Ita docet Sanchez lib. 3. disp. 12. n. 7. cum Aliis, quos citat. Imò, inquit ille, aliquando credo esse sanum consilium, consummare ante benedictiones: ut quando eæ ex aliqua causa iusta differuntur estque periculum incontinentiæ.

Proba-

427. *Benedictio-  
nis esse mag-  
ni momenti  
probat ex  
Sanchio.*

*Resolutio  
Auctoris,  
omissionem  
benedictio-  
num esse  
mortalem.*

428. *Nunquid  
etiam sola  
dilatio?*

*Nullum est  
peccatum,  
Sanchez.*

424. *Sanchez  
pro  
Sanchio  
pro  
Sanchio*

425. *Sanchez  
pro  
Sanchio  
pro  
Sanchio*

426. *Sanchez  
pro  
Sanchio  
pro  
Sanchio*

429. *Probatur,*

D. Aug.

Probatur autem hæc sententia: quia omne peccatum est contra aliquam legem, ut suppono ex communi ejus definitione, traditâ à D. Aug. lib. 22. contra Faustum c. 27. *Peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum aliquid, contra æternam legem.* Subsumo: atqui in casu nostro non est lex; ergo non est peccatum mortale aut veniale.

*quia consummatio ante benedictionem non est prohibita.*

Probatur Subsumptum: quia ex se talis copula seu consummatio Matrimonii non est prohibita, cum sit inter veros conjuges, ut suppono; nec ex Ecclesiæ constitutione, quia non est textus prohibens; nec etiam fit injuria benedictionibus, nec contemuntur, cum postea suscipiendæ sint: nec admiscetur aliquid mendacium in illis, cum in verbis, quibus celebrantur, nulla virginitatis sponsæ mentio fiat; ergo nulla est hic lex sive naturalis sive positiva divina vel Ecclesiastica; ergo nullum peccatum.

430. *Ostenditur ex Pontio.*

Atque hanc unicam esse rationem hujus sententiæ, ait Pontius lib. 10. c. 4. n. 3. ubi eam tanquam probabiliorem sequitur: Quia, inquit, vel hæc obligatio provenit ex naturali jure vel Ecclesiastico. Non primum, quæ enim naturalis connexio est Matrimonii cum Ecclesiæ benedictionibus; cum Matrimonium sit contractus de jure naturali, benedictiones verò inductæ sint auctoritate Ecclesiæ?

Neque etiam secundum: quia Tridentinum sess. 24. c. 1. tantum dixit: *S. Synodus hortatur, ut conjuges, ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent.* Quo verbo consilium, non præceptum indicat. Sicut & cum idem Concilium loquebatur de præmittenda Confessione ante contrahendum Matrimonium, usum est eodem verbo, dicens: *Postremò S. Synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant.*

Nullus autem dicet (inquit Pontius) esse præceptum præmittendi Confessionem ante aliquod Sacramentum, exceptâ Eucharistiâ, quamvis sit conscius culpæ mortalis, sed sufficere contritionem veram vel existimam, ne indignè accedat. Hæc ille.

431. *Opponitur.*

Sed contra, dicit aliquis: non bene sequitur; Concilium ibi hortatur conjuges, ut, antequam contrahant, confiteantur & communicent; ergo non tenentur confiteri, etiamsi velint communicare; quia aliundè est præcepta Confessio ante Communionem: ergo similiter non sequitur: Concilium hortatur conjuges, ut ante benedictionem sacerdotalem non consumment Matrimonium; ergo non est obligatio præmittendi benedictionem sacerdotalem consum-

mationi Matrimonii; quia aliundè potest esse obligatio; Concilium autem non videtur perinducere novam obligationem, sed solum hortari ad id, quod aliundè jam est sufficienter præceptum.

Undè nec Auctores, qui docent hanc obligationem, fundant se in Concilio Tridentino; sed in antiquis Canonibus, cum nobis relatis, Evaristi, Siricii &c. qui videtur continere præceptum. Quid ergo alios Canones respiciendum?

Pontius sup. n. 4. dicit, se lib. 2. ostendisse, tempore Evaristi Papæ non fuisse validum Matrimonium absque ea benedictione, & irritum quodcumque clandestinum. At nos hac Sect. Concl. 1. ostendimus, id nullatenus subsistere. Et videtur Sanchio sup. n. 14. dicendum, decretum illud intelligere, non esse legitimum conjugium, id est, non habere decorem & honestatem.

Vel dicendum: agere de præmittenda benedictione, ex quibus præsumitur clandestinum Matrimonium, & potius concluditur de constare illis verbis: *Ita potest verum scitote esse connubia: aliter vero præsumitur conjugia, sed adulteria vel concubinae, vel propra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitate.* Jam autem in casu nostro supponitur, quod Matrimonium fuerit contractum in facie Ecclesiæ coram Parocho & testibus, etiam præmissis denuntiationibus, quod nullatenus potest dici clandestinum, defectu solius benedictionis, quæ sæpius ob justam causam, etiam ad longum tempus differtur, & aliquibus nuptiis non adhibetur, ut infra videbitur; adedque tali casu consummatio Matrimonii ante benedictionem, nullo modo potest dici adulterium, stuprum, vel fornicatio, sed copula verè maritalis. Ergo ex testibus Evaristi Papæ non efficaciter probatur peccatum, consummare Matrimonium te susceptam benedictionem parochi, post contractum Matrimonium coram Parocho & testibus, in templo suscipiendum.

Sed neque ex verbis superius adductis Siricii Papa, ad quæ sic respondet Pontius sup. n. 5. Eo loco Siricius nomine benedictionis, tanquam à signo & à postero, explicuit Matrimonii vinculum, quia non dicitur, nisi contracto Matrimonio, & non loquitur de violatione benedictionis, sed de violatione conjugii. Verba apertissima ita sic enim habent: *De conjugii autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in Matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio, quam nuptiarum Sacerdos imponit, quæ fideles cujusdam sacrilegii instar est, si illa transgressione violatur.*

B O  
Sacramentum  
Matrimonii

434. Quare non probo duas interpretationes, quas adducit Sanchez disp. 12. cit. n. fin. Prima est: loqui Siricium, quando prorsus & omnino omittitur benedictio. Secunda est; loqui de secundis nuptiis, in quibus non benedicitur vidua. Ex verbis enim relatis satis constat, utramque interpretationem alienam esse à Pontificis mente. Hæc ille.

Et reverà Pontifex non loquitur hic de omissione benedictionis, de qua nos quærimus, aut de consummatione Matrimonii ante benedictionem; sed supponit puellam fuisse alii desponsatam, & benedictam à Sacerdote, & prohibet, ne alter eam in Matrimonium suscipiat; ne sic violetur prius conjugium, à Sacerdote benedictum. Quomodo autem ex eo probetur, quòd consummare Matrimonium ante suscipiendam benedictionem à Sacerdote, sit peccatum mortale vel veniale, haud clarè video.

435. Quantum ad Concilium Lugdunense, quod comparat defectum benedictionis cum propinquitate sanguinis: Responder Sanchez sup. similiter probaret, Matrimonium esse irritum absque benedictionibus, sicut est irritum inter consanguineos: in hoc tamen, inquit, est simile, quòd erit mortale, si omnino benedictiones prætermittantur.

Ubi, ut vides, admittit Sanchez peccatum mortale in absoluta omissione benedictionis, quòd tamen negat lib. 7. disp. 82. num. 6.

Porro ad Concilium Carthaginense dicit idem Auctor sup. id esse de consilio & honestate: nam etiam corruptæ benedicuntur. Pontius autem sup. n. 8. dicit, loqui Concilium juxta legem Evaristi, & nomine benedictionis intellexisse Matrimonium ipsum; quia sine ea solemnitate non fiebat,

436. Adducunt etiam Adversarii verba Calixti, supra ex Waldensi citata, quæ referuntur cap. *Consanguineorum*, 3. q. 4. Sed respondet Sanchez sup. intelligi textum de requisitis, ut præsumatur Matrimonium; & constat, inquit, quia etiam dicit, *Absque dotali titulo*. Ubi Gloss. verb. *Dotali titulo*, ait: *Secundum quosdam dos adeò requiritur in Matrimonio, ut sine ea Matrimonium non teneat, arg. ad hoc 39. q. 5. Nullum. Sed verius est, quòd teneat, Cod. de Nupt. Imperialis, §. His autem, tamen præsumitur non esse Matrimonium, ut 30. q. 5. Aliter.*

437. At verò Pontius dicit: puniri illos, quia clandestinè contraxerant, & idèd arceri à testimonio ferendo. Quare, inquit ille, existimo etiam tempore Concilii Carthaginensis invaluisse legem Evaristi, sicut lib. 2. c. 1. ostendimus, etiam adhuc servatam multò postèa, tempore Basilii, Ambrosii & Hormisdæ, & eo tempore non contrahi Matrimonium sine illis benedictionibus, quia

utrumque fiebat simul; quòd etiam nunc inter aliquos fideles consuetudine receptum est, ut simul in Ecclesia & Matrimonium contrahatur, & sponsi benedicantur. Hæc ille.

Ego autem vix credo; tempore Basilii, Ambrosii & Hormisdæ, estò non contraheretur Matrimonium sine illis benedictionibus, quia utrumque fiebat simul; non credo, inquam, illas benedictiones fuisse essentielles, sive necessarias ad valorem Matrimonii, de quo disputavimus Sect. 4. Conclus. 4. Videantur ibi dicta.

Quantum ad consuetudinem, de qua meminuit Pontius, conformis ea est Rituali Rom. tit. de hoc Sacramento, ibi: *Matrimonium in Ecclesia maxime celebrari decet, & per consequens maxime decet, ut simul sponsi benedicantur, quando benedicendi sunt, nisi aliquid aliud obster, & ita apud nos communiter practicatur.*

Hinc tamen non licet inferre; ergo peccant, si consumment Matrimonium ante benedictionem, quamvis etiam, ut ait Pontius sup. n. 8. his Canonibus præceptum esset, ut non consummaretur Matrimonium ante benedictionem; quia consuetudine abrogatum, & ita explicatum in Tridentino, cum dixit, tantum se hortari, ut non consummarent ante benedictiones. Ita Basiliius.

Et hinc Rit. Rom. sup. *Moneat*, inquit, *Rit. Rom. Parochus conjuges, ut ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohærent, neque Matrimonium consumment, nec etiam simul maneat, nisi aliquibus propinquis & aliis presentibus.* Quis autem dixerit hoc esse obligatorium? Ergo nec illud, cum nusquam Ritualè meminerit alicujus præcepti aut obligationis vel hujus vel illius,

Sed audiamus Aversam sup. §. *Deinde*. 439. Non videntur, inquit, conjuges, per se loquendo teneri abstinere à consummando Matrimonio, antequam benedictionem suscipiant, sed ex convenientia debere prius suscipere benedictionem. Suadetur: quia non apparet talis obligatio; nec enim sacri Canones id determinant. At ex ordine ipso rei, stantè, quòd benedictionem suscipere teneantur, convenit sanè, ut prius hanc suscipiant.

Et sic Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de Matr. *hortatur, ut conjuges &c. ne scilicet, Matrimonium consumment.* Non dixit: *Præcipit*, quare non imponit obligationem. Sed dixit: *Hortatur*, per quòd denotat convenientiam. Undè satis constat non obligari conjuges saltem graviter & sub mortali.

At ob convenientem Ordinem, si non occurrat aliqua justa causa differendi benedictionem, communiter erit veniale peccatum

438. Consuetudo habet, ut dum contrahitur Matrimonium simul sponsi benedicantur.

Pontius.

Rit. Rom.

439. Congruum est, ut benedictio præmittatur conjugationi, ex Aversa.

Putat hic Auctor esse veniale si non præmittatur

M m m m m

tum differre post consummationem. Sed si occurrat iusta causa differendi, utpote quia Matrimonium contractum est initio Adventus aut Quadragesimæ, & durum esset tamdiu differre consummationem Matrimonii, poterit excusari ab omni peccato. Hactenus Aversa.

440. *Oppositum videtur verius.*  
Verum multiplicat peccata venialia sine necessitate; licet enim ratio naturalis dicat illum convenientem ordinem; quidem non satis probatur, ad eum obligare, seposito omni præcepto positivo. Siquidem etiam ratio naturalis dicitur, conveniens esse, ut conjuges, antequam contrahant Matrimonium, aut saltem antequam illud consumment, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant; quis tamen propterea docet, eos peccare venialiter, si illum ordinem non observent? Et sic in multis aliis exemplis ostendi posset, aliquando rationem naturalem dicitur, aliquid esse conveniens seu expediens, ad quod tamen nulla est obligatio, etiam venialis, secluso præcepto positivo superaddito.

441. *An Ecclesia possit id præcipere sub excommunicatione? Affirmat Aversa.*  
An autem Ecclesia possit in casu nostro, ob talem convenientiam, superaddere seu imponere præceptum, etiam sub excommunicationis poena, alia est quæstio. Aversa sup. §. *Ob talem*, non videtur dubitare de hac possibilitate. Sic enim scribit: Ob talem convenientiam & exhortationem Concilii non videtur negandum, posse Episcopum particulare præceptum, etiam sub excommunicationis poena, in sua Diocesi imponere, prohibendo consummationem Matrimonii ante benedictionem. Esset enim materia idonea & sufficiens præcepti. Sicut sanè potuisset Ecclesia tale præceptum universale imponere. Ac de facto sub opinione est, extare tale præceptum. Quare his vestigiis inhærendo, posset Episcopus particulari suo præcepto sic subditos obligare.

442. *Negat Sanchez.*  
*& Pontius.* Idem docet Pontius sup. n. 10. dicens: Hæc autem nostra sententia intelligenda est absolute loquendo. Nam ratione scandali provenientis ex eo, quod consummetur ante benedictionem, vel ob excommunicationem latam contra eos, qui ante benedictionem consummant, posset esse peccatum mortale.

Oppositum tenet Sanchez sup. n. 10. quia non videt tam expediens esse hoc consilium, ut sit materia sufficiens talis præcepti. Sed quid dicam? quod unus non videt: alter videt; & hinc in his moralibus tanta diversitas opinionum, ut quod unus videt esse materiam gravem, & per consequens peccatum mortale; alius videat esse materiam levem, ac proinde peccatum veniale; imò aliquando nullum peccatum, quia non videt esse materiam præceptam.

Ego video hanc materiam, scilicet, consummationem Matrimonii ante benedictionem Sacerdotalem, tantam esse, ut sub opinione sit, extare præceptum universale Ecclesiæ, obligans sub mortali; & ideo dico Episcopum, qui sequeretur sententiam emanantem, quæ probabilis est, posse eam materiam præcipere sub poena excommunicationis; & per consequens subditum debere obedire Superiori sic præcipienti, juxta sententiam, quæ ait, Superiori præcipienti materiam, de cujus honestate dubitatur, potest esse; imò etsi materia sit probabiliter illicita, dummodo etiam probabiliter sit honesta; ergo etiam parendum erit sub poena excommunicationis, tamen si materia probabiliter non sit capax tantæ obligationis, dummodo etiam probabiliter sit capax.

Nec obstat ratio Sanchez; potest, quæ potest esse multæ causæ iustæ, ut non tunc tempore benedictiones adhiberi possint, quia præceptum Episcopi intelligendum venit, nisi aliqua ratio iusta extaret, deest benedictiones postponendi consummationi Matrimonii, ut Omnes fateri debent. Nec de hoc queritur, sed de casu, in quo mera negligentia obsequi iusta causa illorum, cum neque in alio casu obliget præceptum universale Ecclesiæ, si quod exilat, grave vel leve.

Si autem à me queritur; an gratis concessio, quod de facto dicitur tale præceptum, illud concernat solum primam copulam? Respondeo: Sanchez sup. n. 11. affirmat. Et ratio, inquit, est, quia ea prohibitio non est, nisi ut debitus ordo consummationis servetur, & reverentia benedictionibus debitæ præmittendo eas prius copulæ, quæ Matrimonium legitime consummatur, quia habet conservari amplius non potest: sed si autem quando consummatur Matrimonium denuntiationes, quia ea prohibitio impeditur timorem, quod per denuntiationes detegi potest, quæ non potest etiam in sequentibus copulis. Scilicet sequitur Pontius sup. num. 10. quædam sententia. Aliqui contradicant, afferentes eas peccare toties quoties habent copulam, sicut peccant toties quoties habent copulam ante denuntiationes.

Nobis magis placet Sententia Sanchez, quia præceptum solum est de consummatione, quæ proprie significat primam copulam, & nulla est ratio extendendi eam accipiendi pro omni copula; & aliunde non oportet multiplicare peccata, etiam solum venialia, absque solida ratione.

Miror autem Aversam sup. §. *Ex merito* citare Antoninum 3. part. tit. 1. cap. 16. pro opposita sententia, cuius ibi non meminit.

B. O. S. A. C. R. I. S. M. A. T. R. I. M. O. N. I. I.

nit, ut patet ex ejus verbis, hic subjunctis: Nota secundum Petrum de Palude in 4. quod clandestina desponsatio dicitur fieri sex modis secundum Hostiensem. Primo videlicet, quando fit sine testibus. Secundo, quando conveniunt clandestinè, antequam recipiant benedictionem nuptialem pro loco & tempore, quo petere possunt &c. Et quocumque istorum modorum contrahatur, est culpa mortalis propter inobedientiam Ecclesie. Hæc ille ibi.

At verò cap. 20. § 8. docere videtur sententiam Sanchez, dicens: Et licet ante benedictionem hujusmodi exigens, mortaliter peccet; tamen postquam semel exegit, non peccabit ulterius secundum quosdam, nisi novo exigat contemptu. Et idem Sanchez sup. n. 2. citat eum pro sua sententia.

Perperam etiam Averfa sup. citat Rosellam verb. *Matrimonium*, 6. n. 1. ubi aliud non determinat, quam peccare mortaliter, qui ante benedictionem sine causa consummat Matrimonium; ibi: In illis locis; ubi est consuetum, quod prius adhibeatur nuptiarum benedictio, si absque Ecclesie dispensatione, & sine justa causa id faciant, peccant mortaliter. At verò verb. *Impedimentum*, impedimento 1. n. 12. expressè docet sententiam Sanchii, dicens: Sed quæro: an mortaliter peccent conjuges, roties quoties alter ab altero exigit debitum sine causa rationabili, ante benedictionem nuptialem? Respondetur: quod non, nisi primâ vice, nisi novo contemptu hoc faceret. Hinc Sanchez citat eum pro sua sententia, & meritò.

Sequitur alia quæstio: an, si esset culpa, consummare ante benedictiones, tam petens quam reddens peccarent? Affirmat Sanchez sup. n. 12. Et ratio, inquit, est, quia non est, sicut dum alter conjux voto castitatis tenetur, qui peccat petendo, non tamen reddendo: id enim provenit ex eo, quod alter impeditus minimè sit ad petendum, utendumque re suâ: at in nostro casu, si consummatio culpa esset, præceptum præmittendi benedictiones, & servandi debitum ordinem, æquè ligat utrumque conjugem, & proinde impedimentum est commune: nec alter reddere tenetur, nisi debito ordine & tempore petatur. Hæc ille.

Oppositum docet Richardus 4. dist. 28. a. 2. q. 3. ad 3. in fine. Ad tertium dicendum: quod, quamvis carnalis concubitus in Matrimonio sit licitus regulariter; tamen per accidens aliquo loco, & aliquo tempore potest esse illicitus: ut propter scandalum populi, ut dictum est, vel propter prohibitionem Ecclesie, quæ alicubi prohibet conjuges carnaliter copulari, antequam adhibeatur Matrimonio solemnitas consueta: quam tamen prohibitionem Quidam dicunt esse

non respectu actus debiti reddendi, sed respectu actus petendi: unde peccaret exigens, & non peccaret reddens. Hæc ille.

Quem sequitur D. Antoninus 3. part. tit. 1. cap. 20. § 8. & in confirmationem affert quamdam doctrinam S. Thomæ, dicens: Etiam Tho. in 4. dist. 28. q. 2. ad 3. dicit: quod si sponsa admittat sponsum ad actum conjugalem ante benedictionem, credens eum velle Matrimonium consummare, non peccat, nisi signa appareant fraudis expressa; ut si sit conditio multum distans, propter nobilitatem vel divitias; tamen non tenetur reddere de necessitate. Hæc ille.

Sed, meo iudicio, hæc doctrina D. Thomæ nihil, aut parùm facit ad hoc propositum: nos enim quærimus; an supposito valido contractu Matrimonii, celebrato in facie Ecclesie; coram Parocho & testibus; sit peccatum mortale vel veniale, illud Matrimonium consummare reddendo vel petendo debitum ante benedictiones, quæ celebratâ Missâ solent conferri conjugatis.

At verò D. Thom. loquitur de consummatione Matrimonii nondum contracti, sed contrahendi per talem consummationem: alioquin perperam additur illa limitatio: *Nisi signa* &c. Nam supposito valido contractu ante consummationem, etsi conditio, in infinitum, ut sic loquar, distaret propter nobilitatem vel divitias, vel aliam rationem, æqualiter posset sponsa admittere ante benedictionem consummationem Matrimonii, ac si nulla omninò foret distantia.

Idem ergo addidit D. Tho. illam limitationem; quia dum conditio multum distat, non censetur sponsus velle consummare Matrimonium, habendo copulam animo conjugali, sive animo per eam de præsententi consentiendi in sponsam; sed potius animo fornicario, & decipiendi sponsam; non autem eam ducendi in conjugem; quâ fraude cognita, sine dubio nequit sponsa admittere sponsum ad actum copulæ, cum reverâ talis copula non sit actus conjugalis, sed mera fornicatio.

Atque, ut hoc semel notemus, antiqua jura, quæ in hac materia solent adduci, & superius adduximus, loquuntur in circumstantiis, in quibus Matrimonium non constabat Ecclesie ante benedictionem; quia sine benedictione non solebat illis temporibus Matrimonium contrahi; & idem tunc temporis erat illicitum consummare Matrimonium ante benedictionem, vel quia erat vera fornicatio, defectu consensûs matrimonialis; aut certè præsumebatur fornicatio, & sic generabatur scandalum; quia aliundè non constabat de Matrimonio prius contracto.

At verò postquam Tridentinum irritavit

448. Eum sequitur D. Antoninus.

qui perperam pro se adducit D. Tho.

449. Quid docent D. Tho.

450. Antiquis sine benedictione non solebat Matrimonium contrahi.

446. Perperam pro nuptiarum benedictio.

447. Hoc præceptum ligat utrumque conjugem, ex Sanchez.

Oppositum docet Richardus.

vit Matrimonia clandestina, & requisivit præsentiam Parochi & testium, jam ante solemnes benedictiones factis constat Ecclesiæ de Matrimonio contracto; adeoque ex ea parte ad vitandum scandalum, non videntur illæ benedictiones esse necessariæ.

451. *Trident. nuspiam explicite significat necessitatem benedictionis.*

Undè etiam Tridentinum nuspiam explicite significat illam necessitatem; uti nec Rituale Rom. quod signum est, hodie non esse ita obligatorias, sicut fortè antiquis temporibus erant; quia jam semper intercedere debet aliqualis benedictio, scilicet illa verba Parochi: *Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*, quæ verba antiquitus non erant necessaria.

Interim etiam hodie videtur aliqua esse obligatio istarum benedictionum ex eo, quòd sint ritus aliquis, in solemnè administratione adhiberi solitus, qui proindè juxta definitionem Trid. sess. 7. de Sacram. in genere Can. 13. sine peccato à ministris prohibito non potest omitti.

Ut autem Matrimonium non consummetur ante illas, sive petendo, sive reddendo, Ecclesiæ oporat quidem, sed nusquam gentium præcipit, sciens quòd in multis casibus præceptum non observaretur propter fragilitatem hominum; & sic potius cederet in laqueum animarum, quàm in ædificationem.

452. *Ratio Aliquorum, cur potius liceat reddere debetum, quàm petere impugnatur.*

Et verò, quæ putas est ratio, quare potius liceret reddere debetum, quàm petere? Quia, inquis, petere est voluntarium, reddere autem necessarium.

Sed contra: nemo tenetur reddere nisi debito ordine & tempore petatur, & nisi petens absque peccato possit copulari; jam autem, ut supponitur, petens non potest pro isto tempore absque peccato copulari; ergo altera pars non tenetur reddere, quia teneretur cooperari peccato petentis; adeoque peccare, quod implicat. Neque idem est, quando habens votum castitatis petit debetum; nam tunc altera pars potest licitè copulari, si ipsa petat debetum, quia & ille tunc non peccat, qui habet votum castitatis; hic autem necessariò unus debet peccare.

Itaque si reverà peccatum est, petere pro tali tempore copulam, sive Matrimonium consummare, neuter conjux tenetur alteri reddere, etiam post elapsum bimestre, quod alioquin conceditur ad deliberandum de ingressu Religionis.

453. *Sententia Aversa de hac re.*

Et certè (inquit Aversa sup. §. Item) si habere copulam ante benedictionem reputetur peccatum vel mortale, vel veniale, juxta talem existimationem, alter non solum non tenetur, sed nec potest licitè reddere, sub reatu culpæ mortalis vel venialis; quia copula esset culpabilis, non so-

lùm ex parte petentis, sed etiam ex parte reddentis.

Si autem solum de convenientia, & exhortationem Concilii, non sit habenda copula, Sanchez lib. 3. disp. 12. n. 13. videtur illum, qui rogatur, teneri reddere; quod prævaleat jus justitiæ cuiusque confitenti convenientiæ. Sed potius videtur non neri reddere; quàmvis licitè possit ab omni culpa. Quoniam ipse habet jurelendi servare consilium tam pium spiritus sancti, & exhortationem sacri Concilii. Quæ saltem habet hanc vim, ut non justè cogi conjux ad habendam copulationem, & servare id, quod sub optatione an sit debitum sub reatu culpæ, nisi benedictionem accipere, quando per alium non fiat, quòd minus accipit. *Hæc Aversa.*

Porro ad fundamentum hanc opinionem datur: conjuges non habere erga se copulationem in corpore pro isto tempore bimestri; sicuti ergo ante bimestre tenentur conjuges reddere debetum, ita ante benedictionem, tamen reddere non peccarent, sicuti ante bimestre reddere non peccant. Alioquin Concilium hortatur conjuges ad id, quòd illicitum est, & injustum; neque enim facit distinctionem inter exigentem debetum, & reddentem, sed utrumque hortatur ad abstinentiam à copula ante benedictionem.

Sed contra; hæc via fieri poterit, ut per multos etiam annos possint conjuges nolle reddere debetum, si Parochus nolit per multos annos sponso benedicere per se vel per alium.

Respondetur: Concilium non esse intelligendum, nisi de tempore congruo, quando benedictio rationabiliter differri potest; quæ tali casu cessat consilium Ecclesiæ & exhortatio sacri Concilii; proinde cessat, quando sunt secundæ nuptiæ ex parte utriusque, ut patet ex Concilio, sequens quæ talis est:

**CONCLUSIO XIII.**

**Benedictio non adhibetur secundis nuptiis ex parte utriusque, quando uterque in primis nuptiis fuit benedictus.**

**H**æc Conclusio certa est, sive spectetur jus scriptum, sive consuetudinem; quàmvis enim sit aliqua diversitas inter jus scriptum & consuetudinem, quando locum secundæ nuptiæ ex parte unius tantum, equidem secundis nuptiis ex parte utriusque. Omnes admittunt, tam ex jure scripto, quàm

BIBLIOTHECA  
Sacramentum  
parochiale

Quid si ante consummatum Matrimonium detur divorcium?

ex consuetudine, nullam penitus benedictionem esse adhibendam, præter illa verba Parochi: Ego vos in Matrimonium conjungo &c. que (sicuti alibi notavi) potius sunt approbatio Matrimonii, quam benedictio, quamvis etiam aliquo modo possent dici benedictio; sed de hac ipsa in præsentia non tractamus, at patet ex præced. Conclusionem.

Intelligendo ergo Conclus. præsentem, uti & præcedentem intelleximus, scilicet de benedictione Sacerdotali, quæ solet dari in Ecclesia, celebratâ Missâ; probatur ex cap. 3. de Secundis nuptiis. Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici. Rogas: quæ ratio? Quia, inquit, cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.

Ex qua ratione colligitur, secundum hoc jus neque benedici debere secundis nuptiis ex parte unius tantum, sive viri sive femine; quia textus solum ponderat benedictionem in prioribus nuptiis acceptam, ne ea iteretur: iteraretur autem, sive sola mulier, sive solus vir fuerit alia vice benedictus; quia benedictio, quæ solet dari, utrumque conjugem afficit: Et hinc Pontifex disjunctivè loquitur: Vir vel mulier. Ergo ubi alteruter illam accepit in priori conjugio, prohibetur ejus iteratio.

Nec obstat (inquit Sanchez lib. 7. disp. 82. n. 15, ubi tenet hanc sententiam) textum dicere in plurali: Quia cum alia vice benedicti sint; & sic videtur petere utriusque in primis nuptiis benedictionem. Cum enim præmississet: Vir vel mulier, usus est numero plurali, ut vel sic comprehendat utrumque conjugem, quasi dicat, sive vir sive mulier benedicti sint.

Nec obstat etiam, textum dicere: Vir vel mulier ad bigamiam transiens, non enim bigamie inicitur, ut ratio, statim in textu subjuncta, demonstrat, sed sensus est: Ad bigamiam transiens, id est, ad secundas nuptias, sive reverâ per eas fiant contrahentes bigami, quando videlicet prius Matrimonium fuit consummatum, sive non, defectu consummationis prioris Matrimonii; ut notat Hostiensis Sum. tit. de Secundis nuptiis, ibi: Nec obstat, quod dicitur inf. eod. Vir, ibi: Ad bigamiam: exponit enim, id est, ad secunda vota, inf. eod. c. 1. Sed hoc idè dicitur; quia per secunda vota sæpius contrahitur bigamia; ergo non est vis nisi in benedictione jam recepta, quæ iterari non potest, sicut apparet in illo cap. Vir, ibi: Quia cum alia vice benedicti sint, non debet eorum benedictio iterari; & arg. sup. de Bigamis: Quia circa, quod verius puto, quidquid Alii dicant. Hæc ille.

Unde ad hanc quæstionem: si duo con-

trahant Matrimonium, & ambo benedicantur, demum ante consummatum Matrimonium fertur divorcium propter impedimentum consanguinitatis probatum; vel aliud canonicum, & uterque ipsorum convolat ad secunda vota, nunquid benedictio dabitur in his secundis nuptiis? Ad hanc, inquam, quæstionem respondetur negativè, non obstantibus variis rationibus in contrarium.

Prima: quia intentio primæ benedictionis deficit, per consequens & effectus. Secunda: quia deficiente principali, deficit etiam accessorium, nec valet quod sequitur ex eo, vel ob id. Tertia: quia in benedictione videtur inesse conditio, scilicet si nuptiæ secutæ fuerint. Quarta: non prohibetur benedici, nisi ad bigamiam transiēs, ut inf. eod. Vir: sed tales non sunt bigami, sup. c. de Bigamis, Debitum. Quinta: quia benedictio videtur magis respicere consummationem Matrimonii, quam contractum, undè dicitur: Sis secunda in sobole &c. Sexta: quia Decret. inf. eod. Vir, videtur loqui de corrupta: quando dicit, Vir vel mulier, & non dicit, Virgo.

Sed contra, inquit, Hostiensis, quia mulieris appellatione etiam virgo continetur, ut in Evangelio: Quid mihi & tibi mulier? Et iterum: Mulier ecce filius tuus: ad idem ff. de Verb. signif. Mulieris. Præterea: nuptiæ non dicuntur propriè benedici, sed ipsæ personæ: & non potest negari, quin benedictæ sint ipsæ personæ, arg. sup. de Tempor. Ord. Consultationi. Spiritualis enim benedictio tantæ efficacæ est, quòd semper transit, nisi inveniatur obicem contrariæ voluntatis, sup. de Bapt. Majores, in fine: Benedictio ergo semel recepta, non potest amitti, sup. de Divortis, Quanto: quia quod factum est nequit non fieri, 32. q. 5. Si Paulus, ff. de Capt. & postlim. re. In bello, §. factæ.

Nec obest, quòd intentio videtur deficere; quia licet intentio nuptiarum deficiat, non tamen intentio benedictionis; immò & dans & recipientes, intendebant dare benedictionem, & recipere, & Matrimonium tenere, arg. sup. de Sponsal. Ex litteris, 1. & c. Consultationi. Ideòque non caret effectu, quod tali tempore datum est & receptum, arg. C. de Testam. l. 1. Et etiam si non valet, ut ago, valet tamen prout valere potest, & materia magis spectanda est, quam vitium temporale, ff. de Liber. & posthu. Si quis posthumus. Hæc ille. Et sic responsum est ad primam, quintam & sextam rationem.

Ad 2. respondet 1. Hoc accessorium fortius est principali, & sic remanet, quamvis principale deficiat; arg. sup. de Jurejur.

M m m m m 3 De.

Probatur dandam esse benedictionem secundis nuptiis.

460. Oppositum probatur ex Hostiensis.

461. Occurritur evasioni. Et respond. ad 1. 5. & 6. rationem prioris sententia.

Resp. ad 2. rationem.

457. Ex qua ratio colligitur, secundum hoc jus neque benedici debere secundis nuptiis ex parte unius tantum, sive viri sive femine; quia textus solum ponderat benedictionem in prioribus nuptiis acceptam, ne ea iteretur: iteraretur autem, sive sola mulier, sive solus vir fuerit alia vice benedictus; quia benedictio, quæ solet dari, utrumque conjugem afficit: Et hinc Pontifex disjunctivè loquitur: Vir vel mulier. Ergo ubi alteruter illam accepit in priori conjugio, prohibetur ejus iteratio.

458. Nec obstat etiam, textum dicere: Vir vel mulier ad bigamiam transiens, non enim bigamie inicitur, ut ratio, statim in textu subjuncta, demonstrat, sed sensus est: Ad bigamiam transiens, id est, ad secundas nuptias, sive reverâ per eas fiant contrahentes bigami, quando videlicet prius Matrimonium fuit consummatum, sive non, defectu consummationis prioris Matrimonii; ut notat Hostiensis Sum. tit. de Secundis nuptiis, ibi: Nec obstat, quod dicitur inf. eod. Vir, ibi: Ad bigamiam: exponit enim, id est, ad secunda vota, inf. eod. c. 1. Sed hoc idè dicitur; quia per secunda vota sæpius contrahitur bigamia; ergo non est vis nisi in benedictione jam recepta, quæ iterari non potest, sicut apparet in illo cap. Vir, ibi: Quia cum alia vice benedicti sint, non debet eorum benedictio iterari; & arg. sup. de Bigamis: Quia circa, quod verius puto, quidquid Alii dicant. Hæc ille.

459. Unde ad hanc quæstionem: si duo con-

Debitores. Vel dic: quod aliud est in accessorio spirituali & naturali, quam temporalis; ut patet ex superioribus; & in his quæ notavi sup. de Spons. duorum, §. In quibus, vers. Aut utraque de præsentis, & sequentibus.

Resp. ad 3. & 4.

Ad 3. dicit: et si conditio subintelligitur, valet quod agitur, & conditio pro non adjecta habetur; arg. sup. de Condit. appol. cap. fin. in fine. Ad 4. habes responsum sup. Nec obstat &c.

462. Hanc sententiam amplectitur Sanchez, Gutierrez, Bonacina, Aversa, & Alii.

Atque hanc sententiam sic explicatam, & propugnatam, amplectitur Sanchez sup. n. 26. Gutierrez de Matr. c. 106. n. 15. Bonacina q. 2. p. 9. n. 11. & q. 4. p. 6. n. 4. Aversa q. 20. lect. 1. §. Ac etiam. & Alii, qui præcipue se fundant in eo, quod benedictio non proprie respiciat nuptias, sed personas; & idè deficientibus nuptiis, non deficiat benedictio.

Quod etiam probant ex d. cap. Vir, ubi interdicitur benedictio secundarum nuptiarum, ne repetatur benedictio, ut sup. vidimus. At si nuptiis proprie benedictio impertiretur, non diceretur repetita in secundis, quæ prorsus diversæ sunt.

463. Objectio.

Sed dicit aliquis: esto benedictio respiciat personas, non tamen quascumque, sed conjugatas, idque in ordine ad generandam prolem, ut patet ex verbis, sup. relatis ex Hostiensis: *Sis secunda in sobole*. Atque in casu proposito personæ non sunt verè conjugatæ, ac proindè nequeunt debite generare prolem, ergo &c.

Solvitur.

Resp. fit quidem mentio in benedictione, generationis prolis; sed hoc idè, quia regulariter Matrimonium contrahitur ad illum finem, ad quem etiam institutum est à Deo; hinc tamen non sequitur benedictionem fallam esse, si vel infœcunda sit vel omninò sterilis; quia equidem verum est, quod Ecclesia desideret fecunditatem, quod utique desiderium per illa verba solum significatur.

Alia obiectio diluuntur.

Nec obstat: quod personæ illæ non sint verè conjugatæ, quia saltem in foro Ecclesiæ pro talibus habentur, quod sufficit, ut in foro Ecclesiæ iis possit adhiberi illa benedictio, & hæc ipsa effectum suum habeat, quocumque tempore fuerint legitime in foro Dei conjugati.

464. Atenti jure scripto nuptia 2. ex parte unius tantum non sunt benedicienda. Rit. Rom.

Itaque spectando præcisè jus scriptum, existimo probabilius, nec debere Parochum, nec posse benedicere secundas nuptias; estò solum sint secundæ ex parte unius, sive viri, sive mulieris, juxta illud Rit. Rom. Tit. de Sacram. Matr. *Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transeat.*

Nec hoc est contra Trident. sess. 24. c. 1. de Refor. Matr. ubi simpliciter constituitur, nuptiis esse benedicendum; intelligitur enim de primis; aut si de secundis, in casu non prohibito per jus canonice. Omitto, Tridentinum non simpliciter hoc constituit, sed tantum hortari eos iuges, ut suscipiant benedictionem, quæ scilicet illa susceptio secundum jus canonicum non est prohibita.

Rogatur autem aliquis; an quod per se minus, attento jure scripto, idem sit de benedictione, attendat consuetudine? Aliqui dicunt consuetudinem hic non posse derogare scriptum, nisi Pontifex probe eam approvet, & per taciturnitatem suam eam approvet.

Ducuntur, quia licet ea consuetudo consideretur, ut in reliquis consuetudinibus habeat derogandi legi; id tamen non in Sacramentalibus, qualis est benedictio nuptiarum; arg. Clem. fin. de Sent. que præsumunt, ubi Clemens 5. decreverunt, quibus suscipiendis necessarium, uti in rationibus in hac parte præserti: *Duorum*. Ubi est novum jus & non declaratio antiqui, uti notat Gloss. ibi verb. *Duorum*. Non dicit, *Declaratum*, quod per prærogative Innoc. & Hostiensis.

Sed quæ illa opinio? Audite Hostiensis supra: In aliquibus, inquit, Ecclesiis observatur de consuetudine præterita, quod benedictione benedicuntur. In aliis non inspicuntur bigamiam viri, sed multas tantum, dicentes, quod benedictio tantum mulieri præstat; sed male dicunt, quia non ad impati judicantur, ut sup. de Divortio, *Gaudemus*, §. *Sens* in fin. & live si five mulier alias receperit benedictionem non debet benedictio iterari, communi enim est utrique, neque unus alteram recipere potest, & idè si alteram secundo contrahat, non dabitur benedictio, nam caro benedicta trahit ad benedictionem, ut sic tota, una simul est de carne copulam, sup. de Regul. de Apostolicam; censetur benedicta, arg. de Consecr. Eccles. vel altar. *Quod a sanctificatur enim vir infidelis per matrimonium fidelem, & è converso, ut ad q. 1. ibi: Si quis frater.*

Nota tamen bene: quod conclusio attendenda sit & toleranda, si ipsam benedictionem sciat, non alias. Et facit ad hoc, quod notavi sup. de Cogn. spirit. §. *Quis sit effectus*, vers. *Effectus vero*, & vers. *Alii dicunt*. Sed certè in Sacramentis & hujusmodi non excusat consuetudo, nisi per Papam, vel per jus approbetur, sup. de Tempor. Ordinat. c. 2. Hucusque Hostiensis.

IB O Sacramentum par...

Igitur sententia Hostiensis est; quod, ut consuetudo hic valeat, debeat per Pontificem ex certa scientia approbari; pro qua facit d. Clement. dum ait: *In hac parte*. Ergo excepto eo casu, non valet consuetudo, quantumvis generalis; & in illo valet, eod quod Pontifex ibi sic statuerit.

467. Sed verius est, inquit Sanchez sup. n. 20. nec in Sacramentalibus desiderari scientiam Pontificis; sed posse, eo ignorante, legitime induci consuetudinem, quæ legem aboleat, atque ab ejus transgressionis culpa excuset. Quia textus cap. fin. de Consuetudine, decidit generaliter, consuetudinem rationi consentaneam vim obtinere cuiuscumque legis destruedæ: nec petit scientiam Pontificis: nec major discriminis ratio invenitur circa Sacramentalia. Hæc ille, citans multitudinem DD.

468. Subdo ego verba ipsius cap. fin. *Cum ratio sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam: nemo sanæ mentis intelligit, naturali juri (cujus transgressio periculum salutis inducit) quacumque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Licet etiam longævæ consuetudinis non sit vitis auctoritas: non tamen usque adeo valitura, ut vel juri positivo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationalis & legitime sit præscripta.*

Ergo si fuerit rationalis & legitime præscripta, usque adeo est valitura, ut juri positivo possit præjudicium generare. Cum autem d. cap. non excipiat jus Sacramentale, neque nos excipiamus. Et aliunde fieri potest, ut consuetudo contra jus Sacramentale, sit rationalis & legitime præscripta sine scientia, nedum approbatione explicita Papæ.

469. Nec obstat cap. 2. de Tempor. Ordin. quod Hostiensis sup. pro se allegat, imò ex eo probatur communis doctrina, ibi: *Et nisi multitudo & antiqua consuetudo terra esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis Ordinibus ministrare. Ubi Gloss. verb. Antiqua, inquit: Arg. quod consuetudo excusat in delictis. Et post pauca: Vel dic, quod consuetudo excusat in iis, quæ sunt contra jus positivum, dum tamen sit rationalis & præscripta.*

Loquitur autem illud jus de consuetudine suscipiendi Ordines sacros extra jejunia Quatuor Temporum, quam ibi Pontifex revocat dicens: *Significamus, quod consuetudo illa (nuper institutioni Ecclesiasticæ inimica) penitus est improbanda. Interim quoad non fuit revocata & improbata, excusavit Ordinatos tam à culpa, quam à poena. Ergo ut consuetudo abroget legem Ecclesiæ in Sacramentalibus requiritur scientia*

& positiva approbatio Pontificis, negatur Consequentia; sed sufficit, ut Pontifex eam positivè non improbet.

Sicuti improbat consuetudinem contrahendi Matrimonium infra gradus prohibitos, cap. *Quod super his*, 5. de Consanguin. ibi: *Ne autem infra gradus prohibitos Matrimonium contrahatur, debes publicè inbibere, & presumptores Ecclesiasticè districtione punire, non obstante consuetudine, qua dicenda est potius corruptela.*

Quid ergo dicendum ad dict. Clementinam? Potest responderi (inquit Sanchez sup.) cum Pontifex possit eam consuetudinem abrogare, atque antiquum jus ad suam pristinam vim restituere, voluisse non abrogare, sed ut ea servaretur, & hoc est quod ait: *Volimus, quasi dicat, nolumus abrogare, sed volumus ut servetur. Et quod ait: In hac parte, est quasi dicat, non esse consuetudinem circa alia, ac proinde circa alia non derogari legi. Quod autem ait, Decernimus; nihil aliud est, quàm continuatio consuetudinis, quæ licet vim antea haberet, poterat denuò à Pontifice aboleri. Hæc ille.*

Sed audiamus etiam Navarrum Sum. lat. c. 22. n. 83. Nec obstat dicere: quod consuetudo in Sacramentalibus non valet; quia quidquid dubitet Roch. cum citatis ab eo, in cap. fin. de Consuet. contrarium est verum, & probatur irrefragabiliter per cap. *De trina*, de Consecr. dist. 4. juncta Gloss. immò & cap. 2. de Temp. Ordin. ibi: *Nisi antiqua consuetudo, & Gloss. ejusdem; licet Aliqui tam illum, quàm illam incautè pro contraria parte citent: & supra dictum est, consuetudinem, quæ aliis verbis alibi Extrema Unctio ministratur, esse servandam; sicut & aliis verbis à Græcis & Latinis Baptismus ministratur, & alibi aliis verbis Matrimonium per Sacerdotes celebratur, & in Ordinibus conferendis aliud alibi habet consuetudo extra substantia. Hæc ille.*

Loquitur autem de consuetudine in præfenti controversia, & dicit per eam induci posse, ut non solum cum virgo nubit viduo; sed etiam cum virgo ducit viduam, vel cum vidua nubit viduo, benedicatur vel reiteretur benedictio; licet rationalior sit consuetudo in primo membro, quàm in secundo, & in secundo, quàm in tertio; quia, inquit, hæc prohibitio juris humani est, & sicut per legem, ita per consuetudinem contrariam tolli potest.

Rogas ab eo; quæ sit ratio istius prohibitionis? Ratio, inquit, non est illa, quam dat Gloss. c. 1. & c. *Vir*, de Secundis nupt. scilicet, quod Sacramentum non debet iterari. Tum, quia hæc benedictio est quid Sacramentale, & non Sacramentum, Tum, quia Sacramenta non imprimuntur chara-

C. 5. de Consang.

470. Resp. Sanchez ad d. Clementinam.

471. Idem sentit Navarrus.

Ostenditur.

472. Quæ sit ratio prohibitionis benedictionis.

Et.

sterem, iterabilia sunt: nam & Matrimonium, quod Sacramentum est, iteratur, & etiam Extrema Unctio, quam verum Sacramentum esse definit Concilium Trident.

Est autem ratio solida, quod Ecclesia vult benedictionem hanc super ullam personam reiterari, & quamvis alii alias rationes, cur id veterit tradant, nobis solidior videtur esse illa, quod dedecere videtur, ut benedictiones solemnes rerum & personarum, quales sunt Consecratio Ecclesiarum, Altaris, Virginum, Catechismus, Exorcismus, Ordinum, & alia similes iterentur, ne vilipendantur. Ita Navarrus.

Interim hæc ratio non est tam urgens, quin propter alias rationes, maxime sciente & non contradicente Pontifice, immo eo approbante, poterit ea lex in parte, vel in toto, consuetudine aboleri. Et verò abolitam esse in aliquibus locis, satis clarè significat Rit. Rom. supra, dicens: Sed ubi ea viget consuetudo, ut si mulier nemini unquam nupsit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ benedicantur, ea servanda est. Sed vidua nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir nunquam uxorem duxerit. Ubi, ut videtur, approbatur à Pontifice Paulo 5. cujus iussu editum est hoc Rituale, consuetudo benedicendi nuptias secundas, si mulier nunquam antea fuerit benedicta.

Atque hæc consuetudo viget in Provincia Mechliniensi, in cujus Rituali sequentia lego verba: *Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, illæ verò censentur secundæ (ut non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte femine, quàmvis sint primæ ex parte viri. Nec refert, an ipsa vidua secundò nubens sit virgo vel non; sed an sit semel benedicta: unde quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cum postea iterùm nubis, benedicenda est, & quæ semel est benedicta, non est iterùm benedicenda.* Ita Rituale Mechliniente eonformiter ad Rit. Romanum.

Quæ etiam consuetudo viguit tempore Doctoris Angelici, & D. Seraphici. Sic enim ait D. Tho. 4. dist. 42. q. 3. a. 2. ad 2. *Secundum Matrimonium quàmvis in se consideratum, sit perfectum Sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum, habet aliquid de defectu Sacramenti, quia non habet plenam significationem: cum non sit una unius, sicut est in Matrimonio Christi & Ecclesie, & ratione hujus defectus, benedictio à secundis nuptiis subtrahitur, sed hoc est intelligendum, quando secundæ nuptiæ sunt secundæ, & ex parte viri & ex parte mulieris, vel ex parte mulieris tantum.*

Si enim virgo contrahat cum illo, qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptiæ benedicuntur; salvatur enim aliquo modo significatio, etiam in ordine ad primas nuptias, quia

Christus, est unam Ecclesiam sponsam habere, habet tamen plures personas desponsatas in una Ecclesia, sed anima non potest esse sponsa alterius, quàm Christi, quia cum demum contrahatur, nec est ibi Matrimonium spirituale, propter hoc quando mulier secundò nubis, nuptiæ non benedicuntur propter defectum Sacramenti.

Eodem modo loquitur D. Bonaventura ibi, art. 3. q. 2. in fine: *Ad illud, quod quodammodo obicitur, quod secundæ nuptiæ non benedicantur, dicendum, quod hoc est per accidens; quia primò unum, & per consequens, sic sunt Sacramentum unionis, non ratione divisionis: tamen quod dicitur de concornitatur unionem, non est de perfectione Sacramenti, ideo non debetur in tali perfectione, ideo tales nuptiæ non benedicuntur, & si per res sequens.*

Sed attendendum, quod nuptiæ secundæ ex parte viri, & primæ ex parte mulieris, vel e converso, vel ex parte utriusque. In primo casu salvatur ritus Sacramenti, Christus enim unum ritum Sacramenti, ubi eas desponsas. In secundo casu nihil nuptiæ minime, & ideo in primo casu non videtur esse virgo, quàmvis vir sit bigamus, nuptiæ benedicuntur.

Et quidem Sylvester verb. Nuptiæ, q. 2. explicat hanc sententiam esse veram, ut tenentur jure & seclusa quacumque consuetudine. Et q. ultima, licet neuter conjugum in priori Matrimonio benedictiones susceperit. Nec mirum quia ratio hujus sententiae, à prædictis Doctoribus adducta (si est vera, ratio à priori) id probat. Non enim in nuptiis benedictioni, semel ab alterutro, aut ab utroque conjugate acceptæ; sed bigamus defectui significationis plenæ Sacramenti qui semper invenitur in secundis nuptiis ex parte utriusque, aut ex parte solutæ, etiam si nunquam benedictiones susceperit.

Porrò nos explicamus, hanc sententiam solùm esse veram attentâ consuetudine, quæ tunc temporis erat, est de illa non tenentur isti Doctores, eò quod satis notanda sunt ista. Ratio autem, quæ adducitur, non est à priori prohibitionis Apostolicæ, sed potius aliqua congruentia, quæ consuetudo non benedicat secundas nuptias solutæ, sicuti secundas nuptias viri.

Interim ratio à priori prohibitionis Apostolicæ est, ut supra ostendimus ex verbis legis, ne benedictio iteretur. Et quia benedictio præcipue dirigitur ad feminam, consuetudo præscripsit, ut si femina non fuerit unquam benedicta, propter eam possit secundis nuptiis impertiri.

Immo Aliqui existimant, consuetudine

B. O. S. S. Sacramentum pariter

473. Consuetudine hac prohibito in aliquibus locis est abolita. Rit. Rom.

174. Rit. Mechlin.

Consuetudo Prov. Mech. nuptias 2. femina non benedicunt, et si sine prima viri.

474. Eadem consuetudo viguit tempore D. Thomæ.

47. Henricus...

Na va

48. Otto...

servari, ut semper conferatur benedictio secundis nuptiis, qualitercumque sint secundæ, ubi alter conjux benedictionem minimè suscepit, si ve fit vir, si ve femina; ac proinde attenda consuetudine hodiernâ, solam secundarum nuptiarum benedictionem interdici, quando uterque conjux illam suscepit in alio conjugio.

Cujus consuetudinis ea est ratio (inquit Sanchez sup. n. 23.) quòd in alio eventu non censetur propriè ea benedictio iterari, cum per se solum impendatur ratione conjugis nunquam benedicti, & per accidens ratione focii, ne ille benedictione destitutus maneat; & cum illi abque focio, quem Matrimonium necessariò desiderat, conferri nequeat, datur etiam socio.

Quæ consuetudo approbata est in Extrav. *Concensationi*, Joan. 22. nondum typis excusa, quam refert Perez lib. 5. Ordinationi tit. 1. lib. 5. colum. 4. ibi: *Concensationi antiquæ finem imponere oportet, præsentis declaramus edicto*; quòd, licet vir vel mulier, ad secundas nuptias transiens, benedicti non debeat, cum aliis sit benedictus: contrahens tamen secum, benedicti debet. Quia si forsitan alter eorum, vel ambo ad secundas nuptias transeuntes, in primis benedicti non fuerunt, danda erit benedictio in secundis.

Et sic ait ubique servari Henriquez lib. 11. de Matr. c. 2. n. 3. in Comment. lit. G. Sed ego non credo id hodie esse verum, cum in Rituali Rom. expressè statuatur oppositum: *Sed viduæ nuptias non benedicat, etiam si ejus vir nunquam uxorem duxerit*. Idemque decernit Rituale Mechliniense, ut supra vidimus.

Sed neque Navarrus sup. fatetur (ut perperam ait Henriquez ibidem) ex consuetudine benedicti, si alter contrahentium nunquam receperat benedictiones, sed solum fatetur, consuetudine id posse induci; quod autem inductum sit, nec affirmat, nec negat, ut patet ex verbis ejus sup. relatis. Jam autem multa possunt consuetudine induci, que tamen nullatenus sunt inducta.

Ego (inquit Gutierrez Tract. de Matr. c. 106. n. 14.) censeo, recurrendum esse circa præfatam quæstionem, ad Manuale ad Sacramenta Ecclesiæ ministranda cujuscumque Provinciæ & Episcopatus; & in hoc Civitatenfî Compofstellanæ Provinciæ in Manuali impresso Salmanticiæ apud Joannem à Canova, anno 1569 fol. 35. in principio, cautum in venio, quòd si mulier fuerit vidua, & erat jam benedicta, dimittatur totum, quod sequitur, usque ibi: *His peractis* (hoc est, benedictio) si autem non erat benedicta, procedat ulterius (scilicet benedicens) ut ibi) sed clariùs in alio Manuali noviori, impresso Salmanticiæ apud hære-

des Matthiæ Gastii an. 1585. subscripto à Fr. Joanne sancti Hieronymi hæc quæstio decisa est expressè fol. 120. Tit. de Secundis nuptiis, in hunc modum & formam, & ita observatur in praxi, nempe: *Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ, illæ verò censentur secundæ (ut non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte femine, quamvis sint primæ ex parte viri*.

Nec refert, an ipsa vidua, secundò nubens, sit virgo vel non, sed an sit semel benedicta: unde quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cum postea iterum nubis benedicenda est: & quæ est semel benedicta, non est iterum benedicenda. Ita Gutierrez.

Et de eadem consuetudine loquens Aversa q. 20. sect. 1. §. Jam verò, inquit: Magis recepta videtur, & præsertim in Italia, ut non iteretur benedictio in femina, sed solum in viro ratione femine, non antea benedictæ, & sic concedatur quidem secundis nuptiis viri, non autem femine. Hæc ille.

Videat jam Lector, an hodie verum sit, quod ait Henriquez sup. & ex ipso Sanchez, videlicet, Extravag. Joannis 22. ubique servari. Quod autem addit Sanchez, eam Extrav. servandam esse, eò quòd jus constituat; at in dubio jus servandum est, dum non constat de contrario præcepto, consuetudine inducto: hoc, inquam, non valet; tum quia Extravagantem illam nondum vidimus, juri communi insertam; tum, quòd in multis locis constat de contrario præcepto, consuetudine inducto; tum, quia si est jus, jam non ex consuetudine, sed ex jure scripto, oportet secundis nuptiis benedictio impendatur, ubi alter solus conjux in primis benedictionem accepit.

Nec video, quomodò verum sit, quod Henriquez sup. dicit: Ob quam (Extravagantem) potest hic, sed non tenetur ad benedictiones, qui jam semel eas receperat. Et Sanchez sup. n. 24. sic ait: Quàmvis (ea consuetudo) excuset à transgressione juris communis, cap. Vir, de Secundis nuptiis, interdicentis eam benedictionem: at non inducit præceptum, sed possunt tunc benedictiones omitti, juxta juris communis præscriptum. Quia non eo rigore inducta est, ut obligationem pariat.

Non video, inquam, quomodò hæc doctrina priori coherereat. Si enim Extravagans constituat jus, ut vult Sanchez sup. & idè observanda est; ergo obligationem parit, & per eam revocatur jus commune, quod Pontifex censetur habere in scrinio pectoris sui, arg. cap. 1. de Constit. in 6. Licet Romanus Pontifex (qui jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere) constitutionem condendo posteriorem, priorem quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscatur &c. Ergo

Et Aversa.

481. An dicta Extrav. sit servanda. Henriquez, Sanchez.

482. An d. Extrav. obliget Henriquez, Sanchez.

C. 1. de Constit. in 6

Nnnnn

Ergo

Ergo ob eam Extravagantem non solum potest hic, sed etiam tenetur ad benedictiones, qui jam semel eas receperat. Videant Adversarii, quid ad hoc argumentum respondeant.

483. *Benedictio super homines iterari potest, nisi jure prohibeatur.* Hostiensis.

Tantum ego addo ex Hostiensis sup. Gof. dixit, quod talis benedictio iterari potest, sicut Extrema Unctio, ut notavi sup. de Sacram. non iterari. *Et quæ sunt iteranda:* quia benedictio, quæ super homines fit, non prohibetur iterari 1. q. 1. *Manus*, quasi diceret: Hæc non fit super asinos. Sed certe nec aliqua benedictio Sacramentalis super asinos fit, sed super homines. Nec tamen sequitur, quod quælibet valeat iterari. Quod ergo innuit illud capitulum: *Manus*, quod benedictio, quæ fit super homines, iterari possit, verum est, nisi ubi in jure prohibetur, ut inf. eod. c. 1. & 3.

*Quid si duo ad bigamiam transeant, qui nunquam fuerunt benedicti?*

Quid ergo si duo ad bigamiam transeant, qui tamen nunquam fuerunt benedicti? Utrique tales poterunt benedici, ut apparet ex prædictis. Sic non est vis in bigamia, sed potius in benedictione, ut & probatur inf. eod. c. 3. Et idem teneas, ut dixi, quoad futura: & quod hæc factum est, mediocriter tolerari potest; arg. sup. de Consecr. Eccl. *Agua*, quia factæ causæ, infectæ fieri non possunt, ff. de Capti. & postlim. reuert. *In bello*, §. *Factæ*. Hæc ille, & nos cum illo.

484. *Quam poenam incurvat perpetram benedicens?*

Si autem à nobis quaeritur; quam poenam incurrit Sacerdos, benedictionem secundis Nuptiis impertiens in casu non permisso?

Respondemus: Alex. 3. c. 1. de Secundis nupt. sic statuit: *Capellanum (quem benedictionem cum secunda confiteris celebrasse) ab officio beneficioque suspensum, cum literarum tuarum testimonio, ad Sedem Apostolicam nullatenus destinare postponas.*

485. *Non est ipso jure suspensus.*

Sed nunquid ipso jure suspensus est? Minime: nam, ut notat Gloss. ibi in expositione casus: *Mandat Papa Episcopo suo, quatenus Capellanum illum ab officio & beneficio suo suspendat, & sic suspensum ad Apostolicam Sedem transmittat.* Igitur non est poena latae sententiæ sed ferendæ, ut patet ex prioribus verbis. Et alioquin in textu addi debuisset illa particula: *Ipo jure suspensus* &c. Sensus ergo est, ipsum suspende, & ubi suspenderit, à solo Pontifice potest absolvi. Ita Sanchez sup. n. 27. cum Aliis, quos citat.

Sanchez.

*An sit hodie mistendus ad Rom. Curiam.*

Covarr.

Est tamen (inquit Covarr. to. 1. de Marr. part. 2. c. 8. §. 10.) hac in re notanda Joan. 22. Extravagans constitutio, ex qua missio Sacerdotis, secundas nuptias benedicens, ad Romanam Curiam, omnino tollitur. Ita etiam docet Sanchez sup. n. 28. & Alii ab eo citati.

486.

Sed quæro rursùm: nunquid Episcopus

tenetur eam poenam imponere Clerico, qui criminis reo? Pars affirmativa quibusdam placet, & pro ea adduci potest Gloss. sup. de legata, ibi: *Mandat Papa Episcopo suo*.

Nec dixeris: Pontifex solum loquitur de Clerico, benedicens secundis nuptiis, nondum dissoluto priori Matrimonio; sed in initis, priori conjugio superfluo; Neque quis sic loquaris; quippe nec verbum est in terminis, id vel à longè subindicans; & Gloss. sup. h. viro suo, transit ad secunda vota: quia *Capellanus benedixit mulierem ipsam, quæ iterum ad secundum Matrimonium. Quæ iterum secunda benedictio non debet, quæ situm sit qualiter Capellanus iste puniri debeat.*

Interim frequentior DD. sententia est, eam suspensionem non esse poenam, sed poenam hujus delicti; sed jure non esse poenam poenam Sacerdoti, benedictionem impertienti secundis nuptiis, legitime impertenti cap. 1. eam suspensionem in hoc casu: quare poenam obnoxiam imponendam esse attentis circumstantiis, quæ gravius aut levius reddunt delictum.

Ducitur; quod poena debet concedi, non rari gravitati delicti: at non est adeo grave delictum benedictio secundis Matrimoniis, legitime contracti, ut tantæ poenæ dignum sit, quanta est suspensio ab officio & beneficio, Sedi Apostolicæ referata. Non ergo credendum est cap. 1. de Secundis nuptiis eam poenam imponens, intelligi in hoc casu. Undè potest iudex hujusmodi Clericum suspendere, licet potest alia poenâ arbitraria punire, cum jus non imponat præcisè suspensionem.

Quare textum dict. cap. 1. imponentem suspensionem, intelligunt, quando imponitur benedictio secundis nuptiis, nondum dissoluto priori Matrimonio, sed in initis, priori conjugio superfluo. Alii autem opinantur: esto intelligeretur de benedictione secundi Matrimonii, legitime contracti, Pontificem eam poenam statuat in initis illo speciali, nec constitutum ibi potest, ea sit poena ordinaria hujus delicti. In lege apud Sanchez sup. n. 30. qui vocat hanc sententiam veriore.

Sed paululum eam expendamus. Et in primis, ut sup. dictum fuit, nullum est verbum in toto capite, ex quo possit colligi Pontificem loqui de 2. Matrimonio, ita ut adhuc primo; ergo gratis videtur hoc dicitur.

Minimè, inquit; quia satis colligitur mens Pontificis ex gravitate poenæ. Sed contra: si poena est improporionata delicto, quomodo ergo tu dicis, Judicem hujusmodi Clericum posse suspendere? Si iudex potest suspendere, cur Papa non potest mandare Episcopo, ut suspenderet? Et si Papa potest

B O S  
Sacramentum  
Matrimonii

statuere eam pœnam in facto illo, ut Aliqui admittunt, cur non potuit generaliter eam statuere pro illo facto, vel alio simili? Si ergo reverà pœna illa excedat gravitatem delicti, nec Judex potest eam infligere, nec Pontifex statuere in illo facto, nisi in eo fuissent particulares circumstantiæ aggravantes, de quibus nullatenus constat ex illo textu.

An fortè quis dicere poterit, illum Capellanum benedixisse secundis nuptiis sine debita licentia Parochi, cuius proprium munus est benedicere? Procul dubio talis Capellanus jure merito potuisset suspendi, quandoquidem Concil. Trident. ei imponat suspensionem ipso jure sess. 24. de Matr. c. 1. ibi: *Quòd si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive secularis sit, tiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponso, sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvasur.*

Quod autem d. cap. 1. de Secundis nupt. de tali Capellano loquatur, mihi comperit non est, nec video aliquem Auctorem, qui id asserat; quàmvis, salvo meliori, ex verbis textus non sit major ratio unum asserendi, quàm aliud; hoc est, verba textus non magis favent uni casui, quàm alteri.

Ut ut sit de verbis legis, cum mens Legislatoris, quæ verbis præferenda est, rationabilis esse debeat, non esset autem rationabilis, si gravi pœnâ vellet punire leve delictum; dicendum videtur, vel quòd dicta lex 1. non intelligatur in hoc casu, quando secundæ nuptiæ sunt legitime, quia communiori consensu DD. qui attendi debet ad æstimandam materiæ quantitatem, benedictio in hoc casu non est gravis materia; vel certè asserendum, hanc benedictionem fore materiæ gravem, & idèd meritò sub tali pœna esse prohibitam.

Potrò quòd benedictio nuptiarum sit materia gravis, probari videtur ex Concil. Trid. sup. ubi prohibet eam dari sine licentia proprii Parochi, sub pœna suspensionis ipso jure. Et teste Sanchio lib. 7. disp. 7. n. 3. culpa esset mortalis, benedicere nuptias tempore feriarum; cur autem major sit materia, & per consequens majus peccatum, benedicere nuptias, tempore feriarum, quàm benedicere secundas nuptias legitimas, expectans expectabo resolutionem à Doctioribus. Hoc tantùm addo, quod Averfa dicit sup. §. *Cæterùm*, talem pœnam modò non esse in usu.

Cæterùm si à me quaeritur: quis sit pro-

prius Parochus, qui sponso benedicere vel benedicendi licentiam alteri tribuere debeat? Respondeo cum Averfa sup. sect. 3. §. *Fam*, id eodem modo definiendum esse, sicut suo loco diximus de Parocho, qui sponso in Matrimonio conjungere debet. Idem enim est Parochus (inquit ille) ad utrumque munus: & ita Concilium conjungit utrumque. Benè tamen contingere potest, ut post contractum Matrimonium, conjuges mutent domicilium & parochiam, nondum benedictione suscepta: & tunc illos benedicere debeat, non ille prior Parochus, qui eos conjunxit, sed alter cui de novo subduntur: quia non amplius ille primus, sed alter est proprius eorum Parochus, sicut etiam ad alias functiones & Sacramentorum administrationem.

Sed quando contrahentes erant ex duabus parochiis, contendunt aliqui solum mulieris Parochum posse ac debere benedictionem impendere; non autem Parochum viri, nisi de licentia alterius, sicut posset quilibet alius Sacerdos. Et pro hac parte refertur quædam Declaratio sacræ Congregationis:

Notat tamen Sanchez lib. 7. disp. 82. n. 4. alterutrum Parochum tam viri quam mulieris, posse hoc munus adimplere; sicuti diximus antè de Parocho assistente & conjungente. Ac certè ex verbis Concilii non determinatur unus vel alter, sed indifferenter potest esse alteruter, ac possit quilibet ex duobus eligi ab ipsis conjugibus.

Nec Parochus viri, benedicendo sine licentia alterius, faceret contra Concilium; ac proindè nec illius pœnam incurreret. Attamen servandæ in hoc sunt leges seu consuetudines particulares locorum ad evitandas contentiones & rixas. Aut si alicubi sit etiam aliqua pœna imposta, transgressor legis seu consuetudinis eam incurreret. Hactenus Averfa.

Rogas: quam pœnam incurrat Parochus vel alius Sacerdos, qui contra statutum Concilii Trident. sess. 24. de Reform. Matrim. c. 1. ausus fuerit benedicere sponso alterius parochiæ sine illorum Parochi licentia? Responso patet: ex verbis Concilii sup. relatis: *Quòd si quis Parochus &c. ibi: Ipso jure tamdiu suspensus maneat &c.*

Ubi patet (inquit Averfa sup. §. *Non solum*) ad hanc suspensionem incurrendam, satis esse, si alienus Sacerdos benedictionem solum impendat; quia sub disjunctione dicitur: *Conjungere aut benedicere*. Requiritur tamen malitia & certa scientia: quia dicitur: *Ausus fuerit*. Hæc ille.

Qualis autem ignorantia excuset, & utrum suspensio hæc incurratur, quando Parochus ipse non benedicit alieno parochiano, sed

*Idem est proprius Pa. rochus ad Matr. & benedictio- nem, ex Averfa*

*492. Quid si contrahentes erant ex duabus parochiis?*

*Alteruter potest benedicere, nisi obstat lex particularis.*

*493. Quam pœnam incurrat benedicens contra statutum Concilii.*

*Averfa.*

489. De loquatur d. c. 1. de Capellano benedicens sine licentia Trid.

490. Responsio Auctoris.

Utrum benedictio nuptiarum esse materia gravis. Sanchez Averfa.

491.

folùm dat licentiam benedicendi. Item, an per hanc suspensionem, à Tridentino impositam, sublata sit excommunicatio lata in Clement. 1. de Privileg. contra Regulares, absque Parochi licentia solemnizantes Matrimonium, patebit ex dicendis Sect. se-

quenti, ubi de pœnis Parochi assententi Matrimonio alieni parochiani; quia, ut patet ex verbis Trident. eadem est ratio assententi & benedictionis, ibi: *Conjungere autem*

# SECTIO XI.

## DE POENIS MATRIMONII CLANDESTINI

1. **H**Actenus disputavimus de præsentia Parochi ac testium, requisitâ (ubi obligat Concilium Trident.) ad valorem Matrimonii, & de Denuntiationibus Matrimonio præmittendis; ne dicatur, secundùm Sanchez & alios, clandestinum. Superest tandem de pœnis, à jure Matrimonio clandestino constitutis, disputare. Et primò quidem, de pœnis ipsius Matrimonii clandestini. Deinde de pœnis ipsorum contractuum & testium. Denique de pœnis Parochi, vel alterius Sacerdotis assententis. Hæc est pœna Matrimonii clandestini:

Ecclesiæ, sed conficiam, quòd aliam sibi Matrimonialiter copulasset, nullatenus exco-

Et quidem de ignorantia sic in dicitur verb. Ignoram: Hæc ignorantia non potest esse nisi in filiis legitimi, aliis non legitimi, ut sup. cod. Referent, in dicitur cum filiis, nec per Ecclesiæ permissum, nec parentum ignorantiam excusant, nisi ignorantiam bonorum paternorum non videtur tenui admittendi. Ubi Gloss. verb. Ignoram, inquit: Paterna enim ignorantia, vel alterius tantum excusatur filio, si legitime eos. .... hodie vero paterna ignorantia non excusatur filios omnia illa solemnitate, sup. de Clau-

### CONCLUSIO I.

Filii nati ex Matrimonio clandestino, inito in gradu prohibito, etiam ignoranter, sunt illegitimi.

Rogas; quæ sit illa solemnitas? Legedict. cap. Cum inhibito, & scriptum invenitur de Statutum, ut cum illatrimonia fuerit contrahenda, in Ecclesia per Presbyteros subiacere proponantur, competenti termino præputo &c. Porro omittit illa solemnitate, paternam ignorantiam non excusare filios, eod. cap. pressis verbis declarat Innoc. 3. ibi: *si vero hujusmodi clandestina vel interdicta iugia inire presumpserit in gradum potest etiam ignoranter, soboles de talibus suscepta, prorsus illegitima censentur, quorum ignorantia nullum habetur effectum.* Et rationem illic subdit: *Cum talibus contrahendo, non expertes scientia, vel ipsi contractores ignorantie videntur.*

2. **F**ilii geniti ex Matrimonio, verè nullo ob aliquod impedimentum dirimens, contracto tamen publicè in facie Ecclesiæ, quando adfuit bona fides in utroque, vel in altero parente, ignorante impedimentum, sunt legitimi, juxta cap. 14. Qui filii sunt legitimi, sequentis tenoris: *Ex senore litterarum vestrarum nobis innotuit, quòd cum G. vidua hæreditatem, quondam R. mariti sui, sibi & pupillo filio suo restitui postularet, pars adversa petitionem ejus nitebatur excludere pro eo, quòd R. maritum ipsius viduæ, de adultério genitum assererat.* Et infra: *Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipsius in facie Ecclesiæ ignoram, quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in uxorem, & dum ipsa conjux ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit ex eadem: in favorem proli potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes.*

Quæ ratio bene notanda est: nati ex Matrimonio putativo sunt legitimi, juxta dict. cap. Ex senore; quia saltem unus parens laborabat ignorantia probabili, & per Matrimonium contractum fuit in facie Ecclesiæ, ut statim vidimus; quæ unquam tamen cessat, quando vel contrahitur sine Parochi & testibus, aut certè omittit denuntiationibus; non enim est probabilis ignorantia, dum omittuntur requisita per Ecclesiam ad assequendam veritatem, sed affectata & indirectè voluntaria; ut explicat d. cap. Cum inhibito, ibi: *Vel saltem affectatae ignorantie*

Ubi nota ly *In facie Ecclesiæ*, & ly *Ignoram*. Hinc si pater prædicti R. matrem ipsius duxisset in uxorem non in facie Ecclesiæ, sed clandestinè; aut si quidem in facie

secus si clandestinè contraxerit, aut secundà hoc scientie.

B. O. Sac. Matrimonii